¶ Sed vtrum. Iſte.§.de tribus ꝑſonis tractat.ſ.de filio famil'.de patrefa.⁊ de ſeruo.de filiofa.dicit hic.de ſeruo di cit.j.in fi.huiꝰ.vn̄ ex ſupioꝛibꝰ apparet minoꝛibꝰ ſuccurren dum ꝑ reſti.in integ.ſed dubitat̄ vtrū ſoli minoꝛi.xxv.an.pa triſa.an etiā filiof.minoꝛi ſuccurrendū ſit filiofa. nō videtur ſuccurrendū:q: tūc pōt reſtituendus eſſe videt̄ qđ eſt cōtra mentē p̄toꝛis:vt ſubueniat̄ maioꝛi occaſione minoꝛis vnde ita demū reſtituitur filiuſfa.minoꝛ ſi eius intereſt. Si xᵒ fi. fa.iuſſu patris cōtraxit:pater inſolidū cōuenieт̄:⁊ ſi cōueni atur nō reſtituit̄. Itē ſi fa.cōueniet̄ emancipatꝰ q̄tenus fa cere pōt:vn̄ poterit reſtitui:⁊ reſtitutio filij nō ꝓderit patri. Sed reſtitutio ipſiꝰ minoꝛis ꝓderit fideiuſſoꝛi:lz pr̄ ꝓ filio videret̄ fideiubere.ſed contrariū eſt. In fi.dicit ꝙ ſi.fa.iuſſu p̄ris pecuniā mutuā accipiēs nullo modo reſtituet̄. dictū ē s̄.ꝓxi.§.qn̄ filiuſfa.iuſſu p̄ris ꝯtraxit:nūc aūt dicit qn̄ filius cōtraxit ſine iuſſu p̄ris.nā pr̄ de peculio tenet̄.ſed nunq̇d ſi fuerit de peculio cōuentꝰ reſtituet̄.dicit ꝙ nō.ſed filio ꝯuen to petit̄ reſtitutio:⁊ filius reſtituet̄.ſed videt̄ ꝙ filiꝰ ſit reſti tuendꝰ cū pr̄ de peculio ō burſa teneat̄ ⁊ cōuenerit:q: q̇cq̇d ſoluit pater de peculio:de burſa filij ſoluit:cū eius ſit pecu liū.hoc tn̄ falſum eſt:q: plus verſat̄ vtilitas p̄ris in peculio q̄ filij:⁊ tn̄ aliquo caſu efficit̄ peculiū filij.⁊ ō hoc ponit exē

plũ ibi:vt ⁊c. Eſt ergo gñale q̄ minoꝛ ſit reſtituendus:⁊ filia etiã reſtitueť ſi ex iteruallo cõſenſit pr̃i ſtipulanti dotẽ quã ipſe pater dedit:pr̃ ei põt ſtipulari incõtinẽti dotẽ inuita filia ex interuallo nequaq̃. ¶ Si q̇s. Cuȝ minoꝛ eſſem.xxv. an.dedi me in arrogationẽ cuidã p̄doni:an poſſim reſtitui.⁊ rñ.q̄ ſic.poſtea fecit pater pactũ de nõ petẽdo legato cuȝ herede:filius ei cõſenſit.⁊ ſic leſus eſt:nunq̇d põt reſtitui.dicitur q̄ põt. Sed pone q̄ militia fuit filioſa.relicta poſtea pactus eſt de ea nõ petẽda.diciť q̄ reſtitueť fili⁹. Si ṽo ſit inſtitut⁹ ſub tali cõdi.ſi emancipeť a pr̃e intra certũ tp̃s vñ cũ pater hoc ignoꝛaret elapſuȝ eſt tp̃s illud:⁊ in hoc q̄ non certioꝛauit pr̃em leſus eſt filius.diciť q̄ ſi pr̃ fuerit paratus emancipare reſtitueť fili⁹. ¶ Pompo. Si filiuſfa.iure peculiari cõtraxit ⁊ decept⁹ eſt:reſtitui põt:⁊ ſi ei filio decedẽti pater ſucceſſit:pr̃ ex ꝑſona filij reſtitueť:nec refert an ꝯtraxit in peculio ꝓfectitio:an aduẽtitio. In ſcõa parte diċ ideȝ ſi in peculio caſtrenſi cõtraxit.

Seruus. Si ſeruus minoꝛ an.xxv.ꝯtraxit:⁊ decept⁹ eſt:nunq̇d põt reſtitui.diciť q̄ non.q꞉ ſibi iputet dñs q̄ tali adminiſtra.cõmiſit:nõ refert cõmiſit liberã peculij admini.vel nõ nam dñs nõ reſtituiť. Itẽ aliq̃ tenebiť dominus tributoꝛia vel alijs pluri⁹ actioni⁹ vel modis qui⁹ ex ꝯtractu ſerui cõueniri põt:nec tñ in his ſi ſeruus mioꝛ deceptus fuerit:reſtituetur dñs maioꝛ. ¶ Si tñ. Seruo minori fuit relicta fideicõmiſſaria libertas:decept⁹ fuit in moꝛa petendi libertatẽ:nunq̇d ei ſubuenieť.⁊ dicitur q̄ ſic.

Minoꝛibus. Minoꝛ annis inſtitut⁹ adiuit here. que erat ei dãnoſa:põt quidẽ reſtitui:q꞉ ⁊ ſi lucroſa eſſȝ reſtitui poſſet minoꝛ:ſi eſſet implicita moleſtijs.

Ait p̄toꝛ. Dictũ eſt.s̄.e.l.i.§.p̄toꝛ.q̄ cũ minoꝛi⁹ geſtũ erit ⁊c. Nũc aũt iuriſcõ.vult exponere verbũ illud geſtũ:⁊ dicit q̄ gñaliter accipiť hoc verbũ geſtũ.nã ⁊ ſi vendat vel emat vel aliter cõtrahat ⁊ deceptus ſit:reſtitueť minoꝛ. ¶ Sed ⁊ ſi. Alicui minoꝛi ſoluta fuit pecunia a debitoꝛe ſuo:vel patris ſui:hãc pecu.iſte minoꝛ perdidit:ſubuenitur iſti minoꝛi vt actio in debitoꝛẽ reſtituať.q꞉ cũ eo geſtũ videť:vñ cõſuliť debitoꝛi vt iſtis tri⁹ modis ſoluat ipſi minoꝛi.ſ.cũ curatoꝛis auc̃te.⁊ ſi minoꝛ iſte nõ habet curatoꝛeȝ cõpelliť accipe curatoꝛẽ.vt in ver.illo ꝑmittiť ⁊c. Itẽ deponere põt pecuniã iſte debitoꝛ in ede ſacra. Item alio mõ q꞉ pone q̄ iudex p̄cipit ei debitoꝛi q̄ ſoluat:⁊ iſte debitoꝛ hoc ſoluat:certe h̊ caſu minoꝛ nõ reſtituiť. ¶ Non ſolũ. Dictuȝ eſt ſtatim in prin.hui⁹.l.§.ſed ⁊ ſi.q̄ in ſolutioni⁹ reſtituantur maioꝛes ſiue ſubueniť minoꝛi⁹. Sed pone q̄ minoꝛ fideiubeat ꝓ alio ſuccurriť iſti minoꝛi.quidã tñ diſtiguere voluerũt:aut iudex appꝛobauit:vt tũc nõ reſtituať:aut aduerſarius:⁊ tũc reſtituať.⁊ ſic altero caſu reſtitueť ⁊ altero non ſed illi male dixerũt.q꞉ ſemꝑ reſtituiť. ¶ Sed ⁊ in iudicijs. Cũ minoꝛ eſſem ꝓmiſi tibi ſub pena ne te cõuenirẽ:poſtea te cõueni:in penã incidi reſtitui potero. ¶ Sed ⁊ ſi. Minoꝛ here.dãnoſam adiuit:põt quidẽ reſtitui.idẽ in bo.poſſ. vel alia ſucceſſione. ¶ Non ſolũ. Paternã hereditatẽ cuȝ minoꝛ eſſeȝ adiui:potero quidẽ reſtitui. Sed pone q̄ ſuus cũ libertate fuit a dño inſtitut⁹.⁊ iſte ſeru⁹ hereditatẽ adiuit ⁊ multa poſt moꝛtem dñi acq̇ſiuit:mõ cõueniť a creditoꝛi⁹ dñi petit reſtitui cũ ſit minoꝛ:vt bona alia q̄ acq̇ſiuit ſeparẽtur.diciť hic q̄ talis ſeru⁹ reſtituend⁹ eſt vt bona ſua q̄ acq̇ſiuit ſepareň:nõ vt deſinat eſſe heres in ſi.dicit q̄ q̇cũq̧ ſit ille q̇ reſtituiť dȝ oĩa reddere q̄ habuit ex illa here. nõ auteȝ teneť reddere q̄ periert etat infirmitate. ¶ Hodie. Diciť hic q̄ ſubueniť minoꝛi⁹ in lucro amiſſo:vt ecce minoꝛ legatuȝ ſibi relictũ repudiauit:vel teſtatoꝛ optimũ ſeruoꝛũ ſuoꝝ ei legaſſȝ deterioꝛẽ elegit:vel cum ꝓmiſit aliq̇d alternatiue melioꝛẽ dedit.ſemꝑ eñ iſtis caſi⁹ reſtituiť.cum lucrum amiſerit in lucro ſemper reſtituitur.vt dixi.

Et ſi ſine. Prin.hui⁹.l.duo⁹ modis põt intelligi vt loq̇tur q̃ſi rẽ aliquã vendidi:ego minoꝛ ꝓ.x.puta fc̃ã venditione ⁊ traditione ſecuta:poſtea ali⁹ offert.xij. dicitur hic q̄ potero reſtitui. Scõo põt intelligi q̃ñ vendidi eo pacto vt iſte emptoꝛ rẽ mihi reſtitueret;⁊ ego ei p̄ciũ ſi venerit aliq̇s vſq̧ ad mẽſem q̇ plus mihi daret:nõ venit:trãſactus eſt menſis.queriť vtrũ poſſim petere in integ.re.ſi veniat aliq̇s qui mihi plus polliceť:etiã poſt menſem.⁊ rñ.q̄ ſic. Secũdo dicit q̄ minoꝛes reſtitui debent ſi vendãť:puta bona ſua q̄ erant ſeruãda erãt p̄cepto legis vel teſtatoꝛis.⁊ ita reſtitutio cã cognita dať.q꞉ null⁹ cũ eis cõtraheret ſi nõ fieret reſtõ cã cognita.i.ſi indiſtincte reſtituerenť. ¶ Reſtitutus Minoꝛ adiuit here.reſtitut⁹ eſt vt eaȝ dimittat:põt reſtitui vt eã adeat:⁊ iterũ põt reſtitui vt eã dimittat. ¶ Sed q̄ð. In iſto.§.alleganť duo dicta.paterfami. minoꝛem inſtituit eidẽq̧ ſeruum teſtatoꝛis ſubſtituit:minoꝛ repudiauit here. ⁊ ita erat loc⁹ ſubſtitutioni:minoꝛ petit reſtitui vt liceat adire.q꞉ repudiauerat.dicit Pompo.minoꝛe reſtituto ſubſtitutum ſeruuȝ deſinere eſſe heredem:ſed liber remanet. Retento pꝛimo caſu aliud erat quod dicit Pompo. q̄ ſi minoꝛ adierit hẽditatẽ ⁊ ꝑ reſtõeȝ fuerit abſtẽt⁹:poſtea nõ poterit eẽ loc⁹ ſubſtõni.q꞉ ſeru⁹ nec liber nec hẽs erit:⁊ vtroq̧ mõ male dicit.q꞉ in pꝛimo caſu remanet liber ⁊ hẽs:ſed ſolo nomĩe.q꞉ directe actiones quas hȝ ſunt inanes iſto caſu ſcõo diſtinguendo. ¶ Itẽ ſi nõ. Minoꝛ cũ eſſet cõdẽnat⁹ debebat appellare a ſñia lata ꝯtra ſe poſt.x.dies põt reſtitui vt appellet. Iteȝ dicit q̄ ſubueniť minoꝛi⁹ in hermodicijs.q꞉ ſi minoꝛ hȝ cãm:ſi iſtã cãm ſuaȝ nõ expediuit.j.triẽniũ.⁊ ſic lapſum fuerit triẽniũ põt reſtitui vt habeať.j. trienniũ.q꞉ ⁊ hoc caſu minoꝛ põt reſtitui.⁊ hoc ſubijcit hic. Iteȝ ſubueniť maioꝛi⁹ ſi ꝓbent ſe abfuiſſe ex iuſta cã cũ citatus eſſet minoꝛ tribus edictis vel vno ꝓ tri⁹ nõ venit ad iudiciũ:iuſta foꝛte ex cã:imo ex culpa.⁊ ſic fuit quaſi cõtumax cõdẽnatus.poteſt quidẽ reſtitui.

Si minoꝛ. Minoꝛ fuit cõdẽnat⁹ in centũ:⁊ fuit ſñia mãdata executioni in res iſti⁹ minoꝛis:⁊ fuerunt iſte res poſtea vẽdite.diciť hic q̄ minoꝛ põt reſtitui ad pecuniã ex illis re⁹ diſtract redactã:⁊ etiã ad res alienatas põt reſtitui.demũ ſi grande dãnũ iſte minoꝛ patiatur. ¶ In dot Si mulier minoꝛ cum nuberet dedit vltra q̄ poſſet iſpecto ere alieno in dotẽ:vel totũ ſuũ patrimoniũ:reſtituiť hic talis mulier. ¶ Nunc. Queriť hic an minoꝛ reſtituať in delictis ⁊ rñ.q̄ nõ reſtituiť in delictis ſiue cõmittat delictũ in cõtractu vt ſi in re depoſita vel cõmodata dolũ cõmiſit:ſiue ex ꝯ ctũ;vt ſi faciat furtũ nõ ſubueniť ei in his caſi⁹:in duobus tñ caſi⁹ minoꝛi in delictis ſubueniť vt ſi cõueniať.l.aquili. ei poterat ꝯfiteri:vt ſic teneatur in ſimplũ ⁊ nõ fuit ꝯfeſſus Itẽ ſi potuit tranſigere ⁊ non tranſigat.his eñ duobus caſibus ſubueniť in delictis minoꝛi vt in pꝛimo caſu ꝓ cõfeſſo habeatur:in ſcõo ꝓ tranſacto habeatur. ¶ Si autem. Vxoꝛ mea repudium mihi miſit:⁊ dolo ſuo dedit cãm diuoꝛtio.⁊ ſic dotẽ ꝑdidit de iure:an ad eaȝ poſſet reſtitui ne amittat.⁊ rñ.q̄ nõ. ¶ Papinian⁹. Si mioꝛ.xxv.an. maioꝛ tñ.xx.venũdari ſe paſſus ſit ad pꝛeciũ participandũ:nõ põt talis minoꝛ reſtitui cũ ſtatũ ſuũ mutauerit ꝑdendo illũ.⁊ ſic inſpecto iure ciuili cuȝ nihil vel nullus ſit:reſtitui nõ poteſt. ¶ Si in commiſſum. Minoꝛ aliq̇s cũ poꝛtaret merces ſuas ꝑ locũ vnde pedagiũ ſoluere debebat:⁊ nõ ſoluit:⁊ ideo merces ſue cõfiſcate ſunt.dicitur hic q̄ talis minoꝛ põt reſtitui:ſi nõ cõmiſit dolũ.q꞉ ſi dolũ cõmiſit poꝛtando merces ꝑ viam nõ cõſuetã ⁊ per nem⁹.⁊ ſic nollet ſoluere pedagiũ. ſecus eſt q꞉ hoc caſu cũ cõmiſit dolũ nõ poteſt reſtitui. ¶ Aduerſus. Minoꝛ.xxv.an.ſeruũ ſuũ manumiſit:⁊ in hoc deceptus eſt nõ reſtituiť niſi ex magna cauſa verũtamẽ ifra annũ poterit agere iſte manumiſſoꝛ cõtra manumiſſum act.de dolo.ſed poſt tri⁹ actõi⁹ cõuenitur ſi poſt ꝯ̄ctauit manumiſſus ex dolo in ſeruitute facto ſeru⁹ nõ tenetur. ¶ Nõ ſi minoꝛ. Minoꝛ.xx.an.ſeruũ mihi maioꝛi vendidit:h̊ pacto vt eũ ſeruũ manumittam:⁊ vult poſtea reſtitui:⁊ diſtinguit aut nõ manumiſi ⁊ põt reſtitui.aut manumiſi ⁊ non põt:ſed certũ tp̃s cõſtitutũ ſit an poſſit reſtitui mioꝛ iſte.⁊ rñ.aut aduenit dies in quo debuit manumitti:⁊ tũc nõ poteſt reſtitui aut nõ aduenit ⁊ tũc põt. ¶ Ex facto. Curatoꝛ minoꝝ creatus p̄fectus vrbis petijt vt a cura excuſaretur quã ſuſceperat:⁊ p̄toꝛ ei hoc cõceſſit adoleſcẽtes petierũt a p̄toꝛe vt re

ſtituerentur in integrū:⁊ vt curatoꝛ reſtituatur ſibi:allegan
tes ꝙ illa cā ꝙ p̄fectus vrbis erat nō erat iuſta:queritur an
debeat abſolui:p̄toꝛ cōſuluit imꝑatoꝛē:⁊ añꝙ̄ eſſet ei reſpō
ſum deceſſit p̄toꝛ.⁊ rñ.imꝑatoꝛ ſucceſſoꝛi illiꝰ p̄toꝛis dicens
ꝙ hoc qd̄ actū fuit de excuſatione illiꝰ curatoꝛis nō tenuit.
vñ cōpellendꝰ erit reuerti ad curā relictaꝫ ei:ꝓpter hoc non
erit locꝰ reſtitutioni. ¶ Sciendū. Vlpia. vult exponere vl-
tima verba edicti.ſ.aīaduertam q̄ ſunt.s̄.e.l.i.§.p̄toꝛ.nā po-
nit hic reglʾam ex q̄ dat plura exēpla.regula eſt qꝛ minoꝛibꝰ
indiſtincte nō ſubuenitur:ſed cā cognita:vt ſi ſit minoꝛ reſti
tuēdus reſtituatur.alʾs nō. ¶ Vnde. Pone minoꝛ ſeruuꝫ
ſibi neceſſariū emit:hic ſeruꝰ deceſſit nō reſtituitur hoc caſu
minoꝛ iſte cū ſobꝛie rē ſuā admīſtrauit Itē pone minoꝛ in-
ſti tutus fuit in locuplete here.⁊ iſtā here.minoꝛ iſte adiuit ⁊
multa poſtea de hereditate perierūt caſmate vult iſte mīoꝛ
reſtitui cōtra aditionē nō reſtituet̄ hoc caſu:lꝫ q̊daꝫ iuriſcō.
iulʾ.ꝯtrariū dixerit:ſed male.in caſu tñ vno poſſet eius iulia.
opi.valere:vt ecce minoꝛ adiuit locupletē here.⁊ cū debuit
vendere aīalia:nō vēdidit:vel alia facere debuit ⁊ nō fecit:
ꝓpter hᵒ caſu reſtitui cōtra aditionē. Itē hic q̄ritur an mi-
noꝛ poſſet reſtitui cōtra minoꝛē.⁊ dicit q̊dā iuriſcō.indiſtin-
cte ꝙ nō. Sed tu diſtingue:pone minoꝛ mutuauit pecuniā
alteri minoꝛi:diſtingue.aut ille ꝑdidit ⁊ melioꝛ eſt cā ꝑden-
tis.⁊ iō mutuans nō reſtituet̄:aut pecuniā hꝫ ſaluaꝫ:⁊ hoc
caſu poſſet reſtitui mutuās vt vēdicare poſſꝫ:qd̄ alʾs nō poſ
ſet de iure cōi. Si minoꝛ mutuauit filiofa.an reſtituat̄.⁊ rñ.
ꝙ ſic.fauoꝛ eñ etatis p̄fertur priuilegiū macedoñ.vt de iur.
⁊ fac.igno.l.i.in pꝛin.

SI apud. Cū creditoꝛ meꝰ eſſes ⁊ minoꝛ eſſes mulier
q̄dam apd̄ te noīe meo fideiuſſit:nō nouādi aīo:vtrum vis
poſſis poſtea reſtitui.q̄rit̄ ⁊ rñ.ꝙ nō potes.nec hēbis act.ꝯ̄
mulierē.qꝛ habes auxiliū cōtra me creditoꝛē antiquū.hᵉ ve-
ra ſunt ſi ſim ſoluendo.alias ſecus.

IN cāe. Dicit.s̄.e.verū.§.ſciendū.ꝙ cā cognita dat̄
reſtitutio:nūc vult dicere q̄ vertant̄ in cauſe cog.⁊ hᵒ
vſqꝫ ad.§.nunc videndū.j.e.in cāe.dicit̄ ḡ hic ꝙ minoꝛi non
fideiuſſoꝛi ſuccurrit̄ ꝑ in integ.re.⁊ hoc in pꝛima. Item mi-
noꝛe reſtituto nō habebit fideiuſſoꝛ actionē mādati contra
minoꝛē.⁊ hoc in ſcd̄a. Itē minoꝛ debet petere in integ.reſti.
tā cōtra credi.ꝙ̄ fideiuſ. Itē ſi tu mihi mādaſti vt mīoꝛi cre-
dam:⁊ credidi minoꝛi reſtituto tibi mandatoꝛi nō ſubuenit̄
vñ fideiuſſoꝛ tenet̄:ſꝫ minoꝛ nō tenet̄ neqꝫ cre. neqꝫ fideiuſ.
¶ Cauſa. Cōtraxi cū minoꝛe:minoꝛ petet reſtitui ꝯtra me
dr̄ ꝙ me p̄ñte dari dꝫ ei reſtitutio:⁊ cā cognita. ¶ Interdū
Minoꝛ vēdidit tibi p̄diū ſuū:⁊ ego illud p̄diū titio vēdidi:
nunq̊d pōt iſte minoꝛ reſtitui cōtra poſ.i.titiū ſcd̄ꝫ emptoꝛē
⁊ dicit̄ ꝙ iſte minoꝛ reſtituit̄ cōtra emptoꝛē ſcd̄m.ſ.titium:ſi
ego pꝛimꝰ emptoꝛ nō ſum ſoluēdo:vel ſi minoꝛis ītereſt ha
bere fundū.his duobꝰ caſibꝰ reſtituit̄ minoꝛ cōtra titiū ēpto
rem ſcd̄m.⁊ hec xͣa ſunt qñ iſte titius ſcd̄s emptoꝛ ignoꝛat
rē minoꝛis eſſe indiſticte ſuccurret̄ iſti minoꝛi ꝯtra ſcd̄m em-
ptoꝛē.⁊ ſic iſtis tribꝰ caſibꝰ minoꝛ aduerſus ſcd̄m emptoꝛeꝫ
reſtituet̄. Sed nunq̊d titiꝰ ſcd̄s emptoꝛ pōt agere aduerſuſ
me de euictione eo ꝙ ab eo minoꝛ euicerit.⁊ rñ.ꝙ titius iſte
pōt agere ꝯtra me de euictione.idē eſt ſi ꝑ plures manꝰ res
vendite ambulauerit vt minoꝛi ſuccurrat̄ in iſtis tribꝰ caſi-
bus.

IN cauſe. Ita demuꝫ in inte.re.dat̄ ſi aliud
nō ſuꝑſit auxiliū.vel qꝛ iure actiōis:vt in pꝛimo caſu.
vel ipſo iure vt ſcd̄o.ſ.ſi ſit tutiꝰ.nā ſi habet aliā act.nō ha-
bebit in integ.reſti.ſm̄ Io.licꝫ. M.dixit ꝙ cōpetit in inte.
reſti.cū alio auxilio iure actionis cōpetent̄.qꝛ ex quo cōi iu
re tutꝰ eſt abſqꝫ lite mouēda vel recipiēda nō erit reſtituēdꝰ
¶ Pompo. Paterfa.deceſſit titio herede inſtituto:⁊ euꝫ
rogauit vt nepte ſue huiꝰ teſtatoꝛis res quaſdā p̄ſtarꝫ ſub
tali cōditione:vt ſi illa ſine liberis decederet eos heredi re-
ſtitueret a teſtōꝛe rogata ſub p̄miſſa cōditione:deceſſit īſti-
tutus heres p̄ſtitis illis rebus quas rogatꝰ fuit p̄ſtare:ne-
ptis aūt cauit ſe illas reſtiturū heredi heredis:qd̄ facere
nō tenebat̄.qꝛ heredi ⁊ nō heredis heredi p̄ſtare tenebatur

⁊ ſic qꝛ cōditionale fuit ſm̄ fideicō.nō tranſmutet̄ ad hēdes
cū pꝛius decedat fideicōmiſſariꝰ ꝙ̄ exiſtat cōditio.dixerunt
aūt quidā ad cautionē indebiti interpoſitā reſtituendā eaꝫ
⁊ ſi nō cōpetat cōditio ſine cā.ſꝫ dicit pomp.ꝙ reuocat̄ cau
tio ꝑ ꝯdi.ſine cā.aliud eſt qñ ipſo iure contractꝰ non valet
¶ Idem. Vendidi tibi libꝛū:⁊ te decepi:vel tu me decepi-
ſti:nihilominꝰ valet vēditio:⁊ tenebit cōtractꝰ:lꝫ alter nr̄m
decipiat̄. ¶ Nunc. Hic q̄ritur q̊ ſint iudices q̊ poſſint da-
re reſtitu.ꝯtra ſuaꝫ ſñiam:vel ꝯtra ſñiam iudicis minoꝛꝫ ꝙ̄
ipſi ſint. Item dicit ꝙ pꝛefectus poteſt dare reſtitutionem
cōtra ſuā ſñiam:lꝫ a p̄fecto non poſſit appellari. ſed que ſit
rō diuerſitatis dicit̄ plene in lr̄a. Dixi maioꝛē iudiceꝫ poſſe
reſtituere ꝯtra ſñiam minoꝛis.ſed minoꝛ nō pōt reſtituere ꝯ̄
ſñiam maioꝛis. Sed vtruꝫ ꝯtra ſñiam pꝛincipis poſſit dari
in integ.reſti.q̄ritur ⁊ rñ.aut minoꝛ oſtendit manifeſtā ſuā le
ſionē.qꝛ dicit ſe ꝓditū ſub aduocatoꝛ tūc eꞇiā cōtra ſenten
tiā pꝛincipis reſtituet̄ ⁊ dabitur reſtitutio ab ipſo pꝛincipe.
aut nō oſtendit manifeſtā leſionē.⁊ hoc caſu nō reſtituetur
in fi.dicit ꝙ pꝛinceps ſolꝰ reſtituit cōtra ſuā ſñiam ⁊ etiam
ꝯtra ſñiam delegati ſui. ¶ Non ſolū. Notat hic cū.l.ſeq.
tria tꝑa.pꝛimū ſi deceſſerit minoꝛ q̊ poterat reſtitui:⁊ ei exti
tit maioꝛ heres:poterit quidē iſte maioꝛ reſtitui infra annū
ex ꝑſona defuncti. Scd̄m tēpus qñ iſti minoꝛi leſo ſuccedit
alius minoꝛ nūq̊d iſte minoꝛ ſuccedēs poterit reſtitui.⁊ dici
tur ꝙ ſic.toto tꝑe ſue etatis ſuccedent̄:⁊ habebit etiā vtilē
annū ex ꝑſona defuncti. Tertiū tp̄s eſt qñ minoꝛ maioꝛi ſuc
cedit.qꝛ ſi iſti maioꝛi reſtat aliq̊d ex vtili āno:cū deceſſit ſuc-
curretur iſti minoꝛi ſuccedēti.qꝛ habebit totū tp̄s ſue etatis
⁊ poſtꝙ̄ fuerit factꝰ iſte heres maioꝛ hēbit illud qd̄ reſtabat
defuncto de vtili anno.

PApinia. Lex iſta obſcura ⁊ difficilis reputat̄. Sed
ita pone hūc caſum vt hēas intellectū.minoꝛ ꝯtraxit
cū aliquo ⁊ leſus eſt:vñ pōt reſtitui ⁊ etiā debuit. vñ contin
git ꝙ aliqd̄ delictuꝫ cōmiſit ꝓpter ꝙ fuit relegatꝰ:⁊ in rele-
gatione ꝑmanſit per aliqd̄ tp̄us:in quo.ſ.debuit petere re-
ſti.hoc eſt ꝑ biēniū:pone in q̄driēnio vel.vij.an foꝛte poſtea
autē reuerſus eſt.vñ petit ꝙ id tp̄s qd̄ in relegatione fluxit
ei reſtituat̄.⁊ dicit pōpo.eū nō eſſe reſtituendū.i.qꝛ ei nō da
tur reſtitutio.ſed papinianꝰ:qꝛ vtilis an.ei currit ⁊ duas ſui
dicti aſſignat rōnes.⁊ eſt pꝛima rō.nā iſte minoꝛ ꝓcura.po-
tuit dereliquiſſe:q̊ petijſſet in inte.re.qd̄ cū nō fecit ſibi ipu
tet.alia rō eſt ꝙ ſi relegatio ei infligat̄ tanꝙ̄ pena nō debet
inde p̄miū expectare:vñ ſperabit penā.⁊ dicit ꝙ iſta vltima
rō repꝛobat̄.nā delictū nō hꝫ aliq̊d cōe cuꝫ venia etatis. id
eſt nō cōcurrit cū erroꝛe venie petitio q̊ inciderat in ꝯtractu
⁊ delictū qd̄ ex malitia ⁊ dolo cōtingit.⁊ hoc dicit.vñ in iſtiꝰ
caſus poſitione nō fuit rep̄henſus in eo.ſ.qd̄ fecit mentōeꝫ
de p̄toꝛe.qꝛ ſiue adijt p̄toꝛē ꝑ ꝓcur.ſiue p̄ſidē tantūdē ſigni
ficat.⁊ hoc dicit. ¶ Si q̊s. Minoꝛ deceptꝰ fuit poſt.xxv.
an.infra q̄driēniū ⁊ petijt reſtitui inde.⁊ ſuꝑ reſti.litē fuit cō
teſ.⁊ poſtea deſiſtit in ea cū vlteriꝰ nō ꝓceſſit:nunq̊d fiet re-
ſtitutio vt etiā poſt tp̄s q̄dri.poſſit reſtitui.⁊ dicit ꝙ nō. po-
ſtea dicit ꝙ ille videt̄ deſiſtere q̊ cām dimittet:non q̊ differt.
vt in.l.ſe.q̄ cōtinuat̄ cū iſta.

IN integrū. Minoꝛ inſtitutꝰ fuit here.adiuit:⁊ lega
ta a ſe relicta ſoluit de hereditate ⁊ de hereditat̄ bur
ſa poſtea reſtituit̄ vt abſtineat vel dimittat here. nunq̊d te-
netur minoꝛ reddere de ſuo ꝓpꝛio qd̄ p̄ſtitit de bonis here.
⁊ dicit̄ ꝙ nō.idē ecōtra pone minoꝛ inſtitutꝰ here. repudia-
uit reſtituitur vt adeat:nūq̊d habebuntur rata q̄ geſta ſunt
medio tꝑe ꝓcura.⁊ rñ.ꝙ ſic.

QVm mandato. Filiuſfa. mādato pr̄is cōtraxit vel
minoꝛ mandato alteriꝰ cuiuſcūqꝫ cōtraxit puta ven-
didit vel locauit vel alio modo cōtraxit ⁊ in cōtractu leſus
fuit.dicit̄ ꝙ nō reſtituit̄:neqꝫ pr̄ neqꝫ filiꝰ.⁊ ſic nō ob.s̄.l.iij.
§.ſed vtrū. Itē dicit ꝙ ſi aliq̊s extraneꝰ mandaſſet iſti mīo-
ri nō reſtitueret̄:neqꝫ iſte minoꝛ neqꝫ extraneꝰ:qꝛ ⁊c.qꝛ ſic
maioꝛ reſtitueret̄.⁊ hoc in pꝛima.poſtea dicit ꝙ ſi minoꝛ cō
traxit mandato alteriꝰ:⁊ aliq̄ expendit de ſuo illa tamē nō

pōt cōſequi ab eo qui mādauit:q2 forte factus eſt nō ſoluē
do.dicit hic ꝙ reſtituetur.tertio dicit pone minoꝛ mādauit
maioꝛi vt cōtraheret in rebus minoꝛis:ex illo ꝯtractu eſt le
ſus.dicit᷑ ꝙ ita demū reſtituet᷑ ſi ille cui mādauit factꝰ eſt nō
ſoluēdo.Sed pone caſum cōuerſum:maioꝛ mandauit mio
ri vt cōtraheret:⁊ cōtraxit ⁊ deceptus eſt nō reſtituet᷑.q2 ſibi
imputet q̇ tali mādauit.Sed pone in rebus alteriꝰ cōtraxit
minoꝛ ſine mandato in hoc caſu reſtituet᷑ ne alius per eum
dānificetur.ſed q̇d ſi noluit reſtitui:dicit ꝙ cōuenietur acti.
neg.ge.⁊ ꝑ illā cōuētus cōpellet᷑ cedere in integ.reſti.⁊c.h°
dicit vſq3 ad.§.l.ſe.nō ſemꝑ.¶ Non ſemꝑ.Ex p̄dictis ap
paret minoꝛibꝰ in factis ſuis ſubueniri:ſed illud nō erit ſem
per:vt in oībꝰ factis ſuis ſubueniat᷑ ⁊ reſtituat᷑.na3 ſi pꝛiua
retur cōione hoīum cū nullꝰ cōtrahere vellet cū eis.⁊ ſic ma
gnū damnū ſuſtinerent.hoc tū ad bonū ⁊ equū erit reducen
dum:⁊ hoc dicit.¶ Sceuola.Minoꝛ inſtitutꝰ eſt vel alias
eſt ei delata here.repudiauit illam.⁊ ſic illa here.ꝑuenit ad
ſubſtitutū:ſi iſte minoꝛ velit rehabere audiēdꝰ eſt:ſi ſunt oīa
integra.al's nō reſtituetur ipſe minoꝛ.Itē ⁊ multominus re
ſtituetur heres iſtius minoꝛis.¶ Si ſeruꝰ.Seruus meus
decepit minoꝛē reipſa in aliquo cōtractu:nō aīo decipiendi
teneoꝛ de eo q̄ ad me ꝑuenit.q2 minoꝛ ꝙ poterit in id q̄
ad me ꝑuenit reſtitui:⁊ niſi ad me peruenit teneoꝛ de pecu
lio petita ſimilit᷑ in integ.reſtitu.⁊ ſi nō habeo peculiū ſerui
nec ꝑuenit aliq̇d ad me:tūc ſi ſeruus vel filiꝰ dolo induxit mi
noꝛē ad cōtrahendū:ſeruꝰ verberabit᷑ ꝓpter dolū ſuū vl' no
xe dedet᷑.filius aūt fa.cōuenit᷑ ⁊ dānabit᷑ ꝓpter dolū ſuum
cōuentus act.ex eo ꝯtractu.¶ Reſtitutio.Minoꝛ vult re
ſtitui ad rē quā vendidit mihi:ego reſtituar ad p̄ciū.q2 mioꝛ
d3 reſtituere p̄ciū mihi poſtq̄ petit reſtitui.hec v̄a ſunt niſi
perdit iſte minoꝛ p̄ciū ⁊ hoc ꝓbet.q2 tūc iſte minoꝛ nō tenet᷑
mihi credere p̄ciū.⁊ eſt ſimile q2 ⁊ ſi q̇s mutuat minoꝛi ſedē
ti in ludo ꝑditionis nō reddit᷑ q̄ mutuat᷑ ſi fuerit perditum
ſed faciliꝰ dat᷑ actio emptoꝛi ꝓ p̄cio quā admutuauit.q2 fa
uoꝛabilis eſt.ſed vtrobiq3 tū idē eſt:q2 ſi h3 ſaluā pecuniam
reſtituet᷑ ⁊ repetet᷑.al's ſi amiſſa eſt nō reſtituet᷑.⁊ h° minoꝛ q̇
petit reſtitui:petit miſericoꝛdiā a iudice:⁊ iudicis officiū im
ploꝛat.non aūt iure act.petit reſtitui.ſed officio iudi.iploꝛat
antiq̄ actionis reſtitutionē.¶ Illud.Minoꝛ.xxv.an.īde
bitū ſoluit ex aliqua cā ex q̄ nō cōpetebat reſtitutio:puta ex
l.aq̇li.debitū tū ab aliquo dicit ꝙ id q̄ ſolu3 vtili act.repe
tet.pꝛius tū reſtitutꝰ.nā maioꝛibꝰ repetere l3 q̄nq3 puta vl
tra falcidiā ſoluentibꝰ per erroꝛē facti.⁊ hoc dicit.¶ Si ta
lis.Superiꝰ dictū eſt ꝙ minoꝛ in factis ſuis reſtituetur quā
doq3:ſi q̇s petat reſtitutione3:certe ipſe minoꝛ petē pōt ꝑ ſe
reſtitutione3.Item pōt reſtitui ꝑ ꝓcura.ſi de hoc habuerit
ſpāle mandatū vel nō.dicit ꝙ cauere debet ꝓcuratoꝛ de ra
to.i.ꝙ minoꝛ habeat ratū.vt in.l.ſe.⁊ etiā defenſoꝛ illiꝰ con
tra quē petitur reſtitutio ſi ipſe aduerſarius minoꝛis abſit:
cauet iudicatū ſolui.

Pater. Filius dedit alicui dānū:⁊ ita.l.aq̇l.tenebat᷑
dicitur ꝙ pr̄ poterit petere eius noīe reſtitui etiā filio inuito
et eſt rō.q2 nondū pater tenet᷑ d̄ peculio:ſed demū lata ſnīa
iudicati tenebit᷑.nā filio in illa act.cōdēnato tenebit᷑ pater
de peculio.alij tū cōſanguinei nō audirent᷑ volentes eiꝰ no
mine reſtitui eo inuito niſi foꝛte ei bonis ſit interdictū:et ſic
in ipſoꝛū curā ceciderit.¶ Si pecuniā.Minoꝛ pecuniam
mutuā accepit:eā ꝯſumpſit vel amiſit.dicit᷑ hic ꝙ non tene
tur iſte minoꝛ.Sed pone retento eodē caſu pꝛimo.q2 ſc3 pe
cuniā mutuā acceperat a me.illā alij titio.ſ.qui nō eſt ſoluē
do mutuauit.d᷑ ꝙ in ampliꝰ nō tenebitur iſte minoꝛ niſi vt
creditoꝛi ſuo.ſ.mihi cedat act.ſ.cōtra illum titiū cui ipſe mu
tuauit.Quid ſi ex iſta pecūia quā mutuā accepit a me emit
p̄diū:⁊ plus dedit ꝓ p̄cio q̄ valeat.vū etiā cū hoc caſu dece
ptus fuit.dicit ꝙ reſtituendus erit minoꝛ vt pꝛeciū recipiat
cū vſuris perceptis:⁊ percipiendis:⁊ p̄diū cū fructibus reci
piat.idem etiā ſi ſua ꝓpꝛia pecunia emit.q2 ⁊ tūc reſtituetur
minoꝛ.vt.ſ.Scd̄o caſu dicit.Sed pone minoꝛ p̄dium ven
didit ⁊ in eo fuit deceptus.dicitur ꝙ minoꝛ in hoc caſu pꝛe
dium recuperabit cū fructibus ⁊ p̄ciū in quātū fuerit factus

locupletioꝛ reſtituet.⁊ hoc dicit.¶ Si minoꝛ.Si mioꝛ libe
rauit debitoꝛē ſuum per acceptilationē ⁊ ſine cauſa reſtitue
tur minoꝛ contra debitoꝛe3 vt reponat ſe obligationē ⁊ pi
gnoꝛa ⁊ fideiuſ.Itē ſi duos reos habeat minoꝛ ⁊ vnū libe
rauit ꝑ accep.reſtituet᷑ ꝯtra vtrūq3.vnde quocūq3 mō noua
uerit obligationē ſuā ⁊ deceptus ſit reſtituetur:vt puta ſi ac
cipiat debitoꝛē inopem ꝓ diuite:reſtituetur:quidā hoc ca
ſu minoꝛ in debitoꝛē pꝛimū.ſ.liberatū.¶ Aduerſus.Qui
dam minoꝛes decepti veluti viles vel plebei:vel ceteri ſimi
les poſſunt reſtitui cōtra homines in dignitate poſitos eo
ꝙ cōtra ipſos denegat᷑ de dolo actio.⁊ hoc eſt regulare:niſi
foꝛte poneres ꝙ de dolo agere nō ꝑmittant᷑.q2 libertus vel
filiuſfa.ſit q2 nec iſti reſtitui poſſunt.

Cum minoꝛ.Minoꝛ finita tutela agit cōtra tutoꝛem
act.tutele:⁊ fuit tutoꝛ abſolutꝰ:poſtea petit minoꝛ re
ſtitui.q2 in hoc caſu fuit ſolus:nūq̇d eo ipſo q̄ reſtituet᷑ mi
noꝛ reſtituetur tutoꝛ dicit ꝙ nō:niſi ꝯiuncta eſſent negotia.

Etiam. Nō refert decipiat᷑ minoꝛ.i.aucte pr̄is tutoꝛ]
q2.ſ.cōtraxit pr̄e tutoꝛe autoꝛe ⁊ deceptꝰ fuit:aut nō
q2 ſemper reſtituet᷑ ex cauſa.pone adminiſtrauit tutoꝛ puta
in ſale ⁊ oleo ⁊ vino ⁊ etiā in multis alijs.in vno tamen fuit
abſolutus tutoꝛ:puta in oꝛdeo.in alijs fuit cōdēnatus cum
ꝯuentus eſſet iſte tutoꝛ finita tutela.vult aūt iſta pupilla re
ſtitui in eo in quo fuit tutoꝛ abſolutꝰ.dicit abſolutus tutoꝛ
eā nō eſſe reſtituendā in vno:niſi etiā reſtituat᷑ in oībus.lex
iſta dicit diſtinguendū an geſtiones fuerūt mixte ⁊ cōtinen
tes ⁊ tunc in totū reſtituatur:an ſeparate:⁊ tunc ad vnū tm̄
⁊ etiam hoc caſu qn̄ ſunt ſeparate reſtituet᷑ pupilla:⁊ tutoꝛ
aduerſarius nō reſtituetur.⁊ h° dicit.ſed hūc caſum dic me
lius.ſ.§.ex cauſa.Titius geſſit tutelam ſeij:puta in multis
ſpeciebus ⁊ male.deceſſit titius tutoꝛ ⁊ ſucceſſit ei pupilla
quedam.ſeius egit tutele act.contra pupillā:⁊ ipſa fuit cō
dēnata tm̄ in vna re ⁊ in alijs abſoluta:nunc vult puella re
ſtitui aduerſus ſnīam contra ſe lata3:tutoꝛ dicit ſeius reſti
tui debere cōtra eā in eo in quo fuit abſoluta:ita vt tota re
ſtauretur lis an ſit audiendꝰ:queritur ⁊ diſtinguit᷑ an mixta
eſt vl' non.ſi non eſt mixta non eſt audiendus.⁊ iſta eſt vera
poſitio.

Hereditate.Certū eſt ꝙ in integru3 reſtitutio dari d3
p̄ſente eo cōtra quē petit᷑.ſ.eo.in cauſe.§.cauſa.vnde pone
adiui hereditatē patris mei:poſtea reſtitutꝰ fui vt abſtine
rem.⁊ hec reſtitutio cōceſſa fuit abſentibꝰ credi.here.pr̄nis.
dicitur hic ꝙ reſtitutio non valet:vnde pꝛeiudicare credito
ribus non potuit.

Si filius. Paterfa.filiū emancipauit qui erat mioꝛ
xxv.an.⁊ extraneo herede inſtituto:eidem filio aliq̇d
legauit:eū tamē p̄terijt in teſtamēto minoꝛ iſte bo.poſ.con
trata.nō petijt infra annū:⁊ ita excluſus eſt per lapſum an
ni expꝛeſſim.q2 eā repudiauit expꝛeſſim.vnde cū in hoc ſen
tit ſe grauatū:petijt ſe reſtitui poſt.xxv.an.tū infra q̇driēniū
etiā pendente cauſa in integ.re.petijt legatū.dicit᷑ ꝙ exclu
ditur a beneficio bo.poſ.quia videtur liti renūciaſſe.Sed
pone infra annū agnouit legatū eo facto maioꝛe.dicit᷑ ꝙ et
tunc a bo.poſ.excluditur.

Si mulier. Paterfa.plures habuit cre.mulierē quā
dam inſtituit heredē cuidā ſeruo ſuo libertatē reliq̇t:
mulier tamē hereditatē adiuit ⁊ ſeruos manumiſit:poſtea
aūt mulier iſta petijt reſtitui vt ab hereditate abſtineret.nū
quid ſerui ab ea manumiſſi liberi manebunt:⁊ ſi liberi ma
nent an aliquid ꝓ libertate pꝛeſtare debent.⁊ dicit ꝙ liberi
manebūt nec aliquid ꝓ libertate p̄ſtabūt.ſed pone iſta mu
lier anteq̄ reſtitueretur quibuſdā creditoꝛibꝰ ſatiſfecit:nun
quid illi quibus non eſt ſatiſfactū habebunt regreſſum con
tra eos quibus ſatiſfactū eſt vt id q̄ perceperunt cōicent:
⁊ dicit ꝙ non.ſit quod ſolutū eſt credi.nō reuocatur.

Minoꝛ. Minoꝛ.xxv.an.volebat ager᷑ aduerſus quē
dam ſuum debitoꝛē ⁊ eū ad iudicium vocauit:⁊ cum
ad iudicium illū vocaſſet:dixit ille quis eſt iſte qui venit de
edom tinctis veſtibus de boꝛra.dicit minoꝛ ſe maioꝛem eſ
ſe vt maioꝛ appareret:permiſit barbam creſcere ⁊ capillos

magnos deferebat. vnde admiſſus fuit a iudice ad agēduꝫ ⁊ ita debitor ei ſoluit: minor iſte pecuniā perceptā ſtatim cōſumpſit: modo queritur cuius ſit periculū iſtius pe. vtruꝫ ſcꝫ debitoris an minoris: an curatoris. ⁊ dicit indiſtincte debitorē liberari. ⁊ ſic liberatus eſt debitor. per auctem em̄ iudicis ſoluit. ſed in curatore diſtinguit̃: ſciuerit an ignorauerit ſi ſciuerit ad ipſum curato. pertinet periculū. ⁊ curator tenet̃ ⁊ hoc quādo perſeuerauit: ſi ignorauit id ipſum minorem. ⁊ ſic curator nō tenetur hoc caſu: q̄r non ꝑſeuerauit nec ſciuit

SI minor. Paterfa. mihi minori. x. reliquit nomine legati: ⁊ rogauit me vt manumittā ſeruū meū: q̄ forte xx. valebat: accepi legatū de. x. poſſum quidē reſtitui vt non cogar ſuū manumittere: ⁊ q̄d reddā illa. x. que accepi. quia ſi maior eſſem nō cogerer manumittere ſi vellē habere legatum.

SI minor. Minor. xxv. an. credit filiofa. minori: ſi iſte filiuſfa. ꝯſumpſit non tenet̃: q̄r melior eſt cauſa cōſumētꝭ niſi fuerit inde locupletior tpe litis cōteſ. Scd̄o dicit ꝙ ſi duo minores cōpromittunt in aliquē ſi vnus vult reſtitui bñ pōt

SI emptione. Pone minor emit rē ſub pacto adiectōnis in diē hoc eſt ſi alius meliorē cōditionē nō attulerit vſqꝫ ad talem diē: minor eā habebit emptaꝫ oblata fuit tandē melior conditio. q̄r alius plus obtulit: ⁊ rem obtinuit leſus eſt minor in hoc ꝙ tantū nō dedit vult reſtitui: dicit ꝙ bene pōt minor iſte dum det illud plus q̄d alius dedit.

MInor. Dū minor in iudicio fuit cōuentꝰ leſus fuit. et in hoc ꝙ legē quandā q̄ faciebat ad cauſam ſuā non allegauit. dicit̃ ꝙ reſtituẽt minor iſte: poteſt ⁊ pluribus alijs modis intelligi q̄d dic vt in apparatu accur.

AUxiliū. In iſta. l. quandā regulam premittit ⁊ eam duabus rōnibus ꝓbat. vt videris ꝑ exempla. primū eſt pone minor. xxv. an. act. iniuriaꝝ per lapſum anni vel expreſſim. i. per pactū remiſit: deinde petit reſtitui ad hoc vt ei liceat eius iniurie noīe agere. dicit ꝙ nec audiet̃ neqꝫ reſtituetur. ⁊ eſt iſtud primū dictuꝫ. Scd̄m aūt eſt ꝙ vxor minoris adulterata eſt: vnde minor infra. lx. dies potuit eā ſine metu calūnie accuſare: eam tamē nō accuſauit: poſtea petijt reſtitui vt accuſare poſſit iure mariti nō obſtante hoc ꝙ. lx. dies fuerint ꝑteriti. dicit ꝙ nō audiet̃. iſtis em̄ caſibus nō poteſt ſubueniri: niſi vt alijs noceat: h̄ eſt vt alij in delictis puniātur: vñ non erit reſtituendꝰ: hoc eſt q̄r nihil abeſt: ſꝫ vindictā querit. ¶ In delictis. Dictū eſt ſtatim. ſ. quādo cōtra euꝫ delinquit: nunc q̄ñ ipſe minor delinquit. vñ pone minor delinquit petit reſtitui vt habeat̃ ꝓ non delinquente: an ſit audiendus. ⁊ certe nō: ſi crimē ſit atrotius vel atrociſſimū: vnō nō pōt reſtitui. ſed ſi delictū eſt priuatū ⁊ atrox. vt q̄r furtum cōmiſit. in hoc quidē releuabit̃ vt habeat̃ ꝓ trāſacto: ſi potuit trāſegiſſe. vt. ſ. e. ex cauſa. §. impator. ſi vero atrocius vt in termino moto mitigabit iudex penā. ſi vero publicum eſt vt q̄r ecce minor deliq̄t: q̄r cōmiſit adulteriū vt incidit in aliq̄d capitulū. l. iul. de adulte. que plura ſunt: q̄ bene ⁊ meliꝰ in. l. iſta ꝙ in aliq̄ alia exprimūtur

EMilius. Emilius quidā a vicino ſuo ouimo nomīe fundū quendā emit ſub pacto. l. cōmiſſorie puta fundum ꝓ. xxx. ⁊ ſtaim. x. dedit: ⁊ conuenit ꝙ infra mēſem. ſ. alia x. ſolueret: q̄d ſi nō faceret vel non ſolueret fundꝰ erat inemptus. ⁊ ita de alio menſe ſequēte. deceſſit iſte emilius ⁊ puellam reliquit heredē: illiꝰ tutores nec primo nec ſcd̄o mēſe aliquid ſoluerūt: ⁊ ita elapſum eſt tp̄s quo ſoluere debuerunt venditor tñ elapſo tempore nihilominꝰ denunciauit puelle vt ſolueret. ⁊ ſic tacite a. l. cōmiſſoria: receſſit: tandeꝫ tibi illa ſoluere voluit: venditor ille funduꝫ alij vendidit: q̄d cū perpendit puella petit reſtitui corā vno iudice qui ꝓnunciauit eam nō eſſe reſtituendā: vñ illa appellauit ad imperatoreꝫ: ⁊ ita corā imperatore venerūt aduocati vtriuſqꝫ partis ⁊ allegabant. ⁊ ita fuit cōtra illā allegatū. dicebat em̄ paulꝰ aduocatus aduerſe partis ꝙ iſta puella non erat reſtituenda. q̄r pater ſuus cōtraxit: nō illa. Imperator vidit pupillā formoſam: ⁊ ideo valde fuit motꝰ ⁊ partē ſuā fouebat. vñ tres rationes aſſignat quare iſta puella ſit reſtituēda. prima ratio talis eſt: q̄r tp̄s illud in q̄ puella fuit leſa cucurrit tempore minoris etatis. ſcd̄a rō eſt. q̄r lex cōmiſſoria eſt odioſa: vñ nō debꝫ huic puelle obſtare. Tertia ratio eſt: q̄r iſti tutores ſunt ſuſpecti: eo ꝙ ita ſe male circa factū iſtud habuerūt. vñ ꝑſumit̃ hoc facto eoꝝ eos fraudē cōmiſiſſe. vñ iſtis rōnibus motꝰ eſt impator: vnde eā reſtituit. plus tñ dicit paulus: q̄r potiſſimā rōnem impator tradidit obliuioni. nā ex q̄ venditor pꝰ tpus lapſuꝫ ꝑciū petijt videt̃ legi cōmiſſorie renūciaſſe: ⁊ ſic q̄tuor rōnes ſunt q̄ faciebāt ꝓ illa: ⁊ quedā que non eſt in lr̄a forte q̄r pulchra erat: q̄ quidē vehemēter me moueret. ⁊ hoc dicit. ¶ Id q̄d dicit̃. Filiuſfa. obmiſit aliquid facere ex quo pertinebat ad p̄rem emolumentū emancipatus petit reſtitui. dicit ꝙ nō auditur. q̄r inſtitutus fuit contēplatione patris.

INtra. Caſus huiꝰ. l. varie cōſueuit poni: vt circa literā eſt notatū. ſed tu pone hoc mō: minor fuit leſus in contractu ⁊ dū cōpleuerat. xxv. an. petit reſtitui ſenten: iatū fuit ꝓ eo. ſ. de eo reſtituendo: aduerſarius appellauit: ⁊ dum cā appel. agebat̃ elapſum eſt quadriēniū q̄d datur ad reſtitutionē petendā: ⁊ factus eſt maior. xxx. an. ⁊ in cā iſta appel. ſimiliter cōprimūt iſti maiores. q̄r a populo fuit ꝓnunciata ⁊ iſti minores facti maiores petant ſniam executioni mādādam. dicit ꝙ bene poſſunt ſniam executioni mandare poſt xxx. an. cū per eos nō ſtetit. vel dic ſcd̄o ꝙ minores fuerunt reſtituti vt act. ꝑſcrip. ſublatā poſſunt intentare: ⁊ aduerſarius appellauit ⁊ obtinuit. tādē iſti minores in cā appel. effecti maiores ſunt. dicit̃ ꝙ poſſūt poſt. xx. an. itentare rei vē. ⁊ rem ſuā vendicare. Tertio mō ponit̃ caſus: q̄r iudicatum fuit eū eſſe minorē: non tñ fuit reſtitutꝰ: ⁊ ideo appellauit et factꝰ ē maior. dicit̃ ꝙ reſtituendꝰ erit poſt. xxv. an. ſm primā ⁊ ſcd̄aꝫ poſitionē dic ī toto p̄n. cog̊ſci ſup exe. ⁊ cog. i. ſup execu. ⁊ demā. eiꝰ. ⁊ ſic tribꝰ mōis ponit̃ caſus huiꝰ. l. ſꝫ ī q̄libꝫ iſtoꝝ duorū caſuum retineas thema primi caſus: q̄ñ fuit infra quadrienniū: ⁊ factꝰ fuit maior. Itē no. ſm vltimū caſuꝫ q̄r appellatur ab interlocutoria ⁊ incidenti ꝓnunciat̃: nunq̄d hodie minor debet reſtitui: ⁊ hec dicit. ¶ Vendentibꝰ. Curator minoris vendidit fundū minoris titio: puta vult reſtitui minor cōtra titiū: dicit̃ ꝙ nō pōt reſtitui ꝯ emptoreꝫ ſed agat contra curatoreꝫ. hec vera ſunt niſi velit reſtituere illi titio expenſas quas fecit titius emptor.

MInor. Paterfa. Decedens titiū heredē inſtituit: et cuidā minori legatū dedit: ſiue reliquit in teſtō: ⁊ duꝫ ꝯtrouerſia erat inter illū heredē ⁊ legatariū q̄ heres. ſ. negauit lega. deberi: tñ fuit ꝓnunciatū ꝓ legatario minore. ſ. de legato ꝑſtando. ⁊ ita habebat iſte minor actio. in factū ex re iudicata ad legatū illud petendū: tñ heres dolo vel cautela induxit iſtū legatariū minorē vt ei legatū remitteret. ⁊ ita cauit in quodā inſtrumēto ſe legatū percepiſſe: ⁊ quandam ſummā pecunie debitor hoc eſt heres ſcripſit ſe mutuo recepiſſe. dicit ꝙ pōt reſtitui iſte minor: magis eniꝫ ꝓdeſt ei ſi agat act. in fac. ex re iudi. q̄ ex mutuo. ¶ Predia. Pater alicuius puta titij geſſit tutelā: puta ſeij: ⁊ male. vñ patre titij defuncto conuentꝰ fuit minor. ſ. titius act. tutele. dixit minor titius: ſcꝫ nolo imbrigari de iſtis: vnde aduerſario. i. ſeio dedit vnā vineā vt eū in pace dimitteret. deinde penituit ſe h̄ feciſſe: dicit ꝙ reſtitui poterit vt vineā ſuā recuperet cuꝫ fructibus: ſed pecuniā quā ex tutela paterna debet ſoluere cuꝫ vſuris cōpenſare poterit cū fructibus: imo verius non computantur ſed ſit reputatio.

SI iudex. Minor leſus fuit in venditione predij: ⁊ reſtitutus. ⁊ ita emptor miſſus fuit ꝑdiū reſtituere: ⁊ minor eſt iuſſus reddere ꝑciū: nō reddidit. q̄r noluit ꝙ ſibi reſtituatur fundꝰ: nec ſtare ſnīe late in fauoreꝫ ſuū: ⁊ poſtea noluit minor vt in integ. reſti. emptor em̄ voluit eū cōpellere ad hoc actio. in factū ex re iudi. ⁊ dicit ꝙ minor habet vtilem exceptōeꝫ: nec poterit emptor cōqueri grauatus fuerit nā in tali ſtatu eſt emptor: modo in quo fuit ab initio cōtractus quando cum minore cōtraxit.

PReſes. Planuꝫ eſt qđ hic dicitur. dicit eñ ꝙ pſes pōt reſtituere cōtra ſniam pdeceſſoris ſui. q꞉ ſicut iuuatur maioꝛ p appellationē: ꝛ ita iuuant̃ minoꝛes beneficio etatis.

DE etate. Dicit ꝙ ꝓbari debet etas cuꝫ cognitione cauſe q꞉ etate ꝓbata in alijs ſuis cauſ: etiā in iſta p̄iudicat̃ reſtitutioni minoꝛis. ꝛ hoc dicit. ꝛ pone exēpla vt circa lr̃am

NOn omnia. Minoꝛ nō potuit cōmedere ptē de fabis vel de cōpoſta: nūqd reſtituet̃: certe nō. nā in his ſolū erit reſtituend⁹ in quib⁹ fuit decept⁹ ꝓpꝛia facilitate: vł aduerſarij calliditate. vñ ſi aliud obmiſerit vel ſe honeroſe hereditati īmiſcuerit: cōtra talia bene poterit reſtitui.

ETiam. Incipiebā rem tuā vſucapere ꝛ cuꝫ curreret vſucapio p bienīū ꝛ dimidiū: poſtea deceſſiſti vxoꝛe tua gui da relicta: ꝛ ita anteq̄ naſceret̃ filius cōpleui vſuca. dic ꝙ filius poſtea nat⁹ reſtituetur: vt poſſit eā rem vendicare ac ſi vſucapta non eſſet. ❡ Imperatoꝛ. Dū minoꝛ ageret cōtra debitoꝛē ſuū in iudicio: tutoꝛ colluſit cū debitoꝛe: vnde ꝛ minoꝛē induxit ad hoc. naꝫ aduerſarium paſſus eſt abſolui vel vt cōfiteret̃ eū eſſe abſoluendū. dicit ꝙ in minoꝛis eſt electione agat ꝯ tutoꝛē an velit reſtitui ꝯ debitoꝛē abſolutum

EUm q̇. Cōueniebā minoꝛē abſente tutoꝛe: eius defenſoꝛē te obtuliſti ꝛ condēnatus es: fiet executio ī te ꝛ nō habebis in integ reſti. ex pſona illius minoꝛis. ꝛ ſic nō poteris reſtitui ex perſona minoꝛis quem defendis. q꞉ neqꝫ minoꝛ ille poſſet reſtitui: cū nullū damnū patiat̃.

TUtoꝛ. Titius cū meus tutoꝛ eſſꝫ: ꝛ ex iſta cauſa rem meā vendere volebat: mater mea deññciauit emptoribus ne emerent: ꝛ titius me⁹ tutoꝛ nihilomin⁹ vēdidit: valet quidē venditio: ꝛ ego minoꝛ potero reſtitui ſi leſus ſum.

CUratoꝛ. Titius erat curatoꝛ nepotis vł nepotū ſuorū: ꝛ cōia cū iſtis nepotib⁹ habebat p̄dia: q̄ iſte titius vendidit: nepotes minoꝛes volunt reſtitui: ꝛ reſtituti ſūt. dicitur hic ꝙ venditio nō reſcindit̃ niſi pro parte minoꝝ: niſi emptoꝛ inſolidū velit reſcindi. ꝛ iſte emptoꝛ habebat actionē ꝓ precio ꝓ parte illoꝝ minoꝝ aduerſus iſtos minoꝛes; ꝛ pro parte titij habebit acti. cōtra eū vel eius heredes.

MInoꝛ. Si minoꝛ fideiubebat ꝓ aliquo pōt reſtitui: ꝛ nō liberat̃ alius. ſ. pꝛincipalis. Itē ſi ancilla quam vendidit minoꝛ manumiſſa eſt ab ipſo emptoꝛe: minoꝛ eſt ꝯ libertatē non reſtitui: ſed aget cōtra emptoꝛē quāti ſua īter eſt. Itē ſi mulier leſa fuerit. ſ. minoꝛ aliquid paciſcando in leſionē dotis reſtituenda erit.

IUnius. Quidā iuriſperitus amicū ſuuꝫ ſup quadā queſtione cōſuluit: ꝛ anteq̄ ab ipſo reſponſionē reciperet q̇d ſibi videbat̃ querens de eadē reſpondit: ꝛ ſic ſtulte queſtio talis eſt. Quidā minoꝛ fideiuſſit ꝓ quodā debitore qui tenebat̃ act. tēpoꝛali: ꝛ reſtabant foꝛte. x. dies ꝙ liberari poſſet debitoꝛ: petit iſte minoꝛ reſtitui: ꝛ reſtitutus eſt: ꝛ eo reſtituto reſtituta fuit pꝛiſtina actio creditoꝛi: nunquid ille creditoꝛ totū tp̄s habebit: qđ noīe eius actōnis cōpetebat ab initio: an ſolū. x. dies q̇ ſuperant cū iſte interceſſit: ꝛ dicit ꝙ ſolū habebit. x. dies. ꝛ ideo planū eſt qđ hic dicitur.

### De capitis diminutione. Rub.

PErtinet. Scire debes tres eſſe ca. dimi. vt. j. e. l. vlti. ꝛ dicit ꝙ iſtud edictuꝫ de q̊ tractatur in h̊ titulo locū hꝫ in minima capitis di. Illi eñ q̇ patiunt̃ ca. di. maximā: vel mediam nō poſſunt ꝯueniri: illi tamē illoꝝ loco cōueniunt̃ ad quos bona eoꝝ ꝑueniunt. ꝛ hoc dicit. ❡ Ait. In iſto. §. ponunt̃ v̂ba pꝛetoꝛis: ꝛ ſcire debes ꝙ de iure ciuili ſi tu cōtraxiſti cuꝫ aliquo cui⁹ ſtatus eſt poſtea mutat⁹. q꞉ quelibet obligatio tollitur. ſed de iure naturali tenet ꝛ licet de iure ciuili: vt dictū eſt tollatur: tamē pꝛetoꝛ euꝫ reſtituit ex aucte ſua ꝛ aget̃ cum eo act. in factū ex hoc edicto: ac ſi nunq̄ eius ſtatus eſſꝫ mutatus. ❡ Si qui. Pꝛimo cōtraxi cū aliquo ꝛ poſtea mutatus eſt ſtatus eius. nā pꝛimo fuit ſui iuris: modo aūt effectus eſt alieni: vel ecōuerſo: ſine dubio de iuris rigoꝛe, quia alius eſt nou⁹ homo: nō tenet̃. ſ. ciuiliter de eo qđ p̄ceſſerat actū vel ſtatū mutatū. naturaliter aūt ſic. Sed pone ꝙ p⁹ capi. di. cōtraxi cū aliquo qui pꝛimo fuit ſui iuris: deinde āt dedit ſe in arrogatiōeꝫ ꝛ tunc cōtraxi: vel ecōuerſo. ꝛ dic ꝙ hoc edictū de hoc nō tractat: vñ non datur actio. ꝛ hoc dic̃ ꝛ duobus modis intelligit̃ circa lr̃am. ❡ Nemo. Si quis deliquit: poſtea dedit ſe in arrogationē: nunq̇d ideo liberatur quominus puniat̃. videt̃ ꝙ ſic. q꞉ nouus homo videtur tamē ꝯrīū eſt: q꞉ nō deſinit teneri ex pꝛimo delicto. ❡ Ei q̇. Debitoꝛē meū arrogaui: extinguit̃ actio: nūquid ſi eū iterū emanciparem reſtituet̃ mihi mea acti. dicit̃ ꝙ non. ❡ Hoc. Hec actio in factū q̄ in locū actionis amiſſe reſtituit̃ perpetua eſt ꝛ datur heredibus: ꝛ in heredes.

LIberos. Habebā filios: dedi me in arrogationē alicui: tam ego q̄ filij mei ī poteſtatē arrogatoꝛis trāſiuimus vnde illi etiā filij mei capite minuunt̃. ❡ Emancipato. Planus eſt. q꞉ emancipatione filioꝝ vel etiam nepotis vel alioꝝ qui ſunt in poteſtate mea contingit capitis diminutio: ceterū manumiſſione ſeruoꝛuꝫ non contingit capi. di. q꞉ caput nō habēt. q꞉ ſerui manumiſſi incipiūt caput habere cū ſint manumiſſi. ꝛ hoc dicit cū. l. ſeq. q̄ cōtinuat̃ cum iſta. ❡ Amiſſione. Si interdictum fuit alicui aqua ꝛ igni capite minuitur. ❡ Qui. Imperatoꝛ fuit in exercitu contra ſaracenos ꝛ hoſtes ppłi ro. deſeruit aliquis imperatoꝛem vel magiſtratus militū foꝛte. ꝛ trāſtulit ſe ad hoſtes: ſine dubio ille capite minuit̃. idem ſi aliq̇s fuerit hoſtis indicat⁹ populi ro. a ſenatu: q꞉ iſte capite minuit̃. ꝛ hoc dicit. ❡ Nūc. Iuriſcō. ſeipſum cōtinuat: ꝛ dicit ꝙ hic tractat de minima cap. di. ꝛ eius effectu. ꝛ dicit ꝙ per eā nō tollitur publicū ius: vñ ſi iudex magiſtrat⁹ vł ſenatoꝛ minimā ca. patit̃ di. non ideo deſinit eſſe ſenatoꝛ vel iudex. nullū eñ officiū pu. tali ca. di. tollitur. Itē tali ca. di. tollitur ius agnationis: non aūt pu. iura: vt dixi. ideꝫ eſt ꝛ in quibuſdā tutelis ltīmis. i. ex. l. xij. tabu. deſcendentib⁹. naꝫ tutele iſte ltīme īteruertunt̃ ꝛ deſinit eſſe tutoꝛ illa ca. di. ſed ſi datiua eſſet tutela vel teſtamentaria nō periret illa ca. di. ideꝫ videt̃ nā ſi deferat̃ ex. l. xij. tab. perit ius ſuccedendi. alſ nō tollitur. de quib⁹ tria exempla ponit q̄ quidē ſunt legitime alie q̄ ex. l. xij. ta. ille nō expirāt Illa eñ expirat ca. di. minima. vt dictū eſt. dic̃ eñ in fi. ꝙ q̄dam ſunt noue leges q̄ q̇buſdā certis pſonis tutelas ꝛ her. defert. Nam aliqñ. ꝛ hoc dicit. ꝛ ſcias ꝙ iſta lex eſt cū omni virtute inſpicienda ad hoc ꝙ intelligatur.

INiuriarum. Tenebaris mihi act. iniuriaꝝ lꝫ capite minuaris: adhuc remanes mihi obligat⁹: ꝛ cū iſta caſus poſitione cōcoꝛ. ſ. e. l. ij. §. nemo. vel dic aliter hūc caſum q꞉ ſi cōpetat ei actio iniuriaꝝ añ ca. di. nūq̇d deſinit eam habere: lꝫ capite minuatur. ❡ Sed libertate. Libertus ꝓpter ingratitudinē fuit redact⁹ in ſeruitutē q̄ fuerat debitoꝛ me⁹ dicitur hic ꝙ nō reſtituat cōtra eū: ſed ꝯtra eū ad quē bona peruenerūt vel aduerſus dñm: vel aduerſus fiſcum ad queꝫ bona peruenerunt.

HAs. Hec lex ꝛ due ſequētes loquūtur qñ actōes cōpetunt capite minuto. ꝛ dicit ſi aliqua actio capi. minuto cōpetit: diſtinguit̃ vtrū deſcendit ex naturali obligatione: ꝛ tunc minoꝛ ca. di. nō tollit̃. aut deſcendit ex ciuili ꝛ tollitur: ꝛ aſſignat in lr̃a rōnē. q꞉ ciuilis ratio naturalia q̇dē ꝛc. ꝛ ponit exēplū in act. de dote: vt cum illa ca. di. non tollitur idem eſt ſi alimēta vel habitatio fuerit relicta. illa eñ ca. di. nō pereunt. ꝛ hoc dicit lex cum ſequenti.

CApitis. In hac. l. dicit tres eſſe capi. dimi. que omnia plene pꝛoſequitur.

### ❡ Ex quibus cauſis maioꝛes. Rub.

HUius edicti. Iuriſcon. aſſignat rationē q̄re iſtud edictū fuit ītroductū ꝛ dicit ꝙ per illud edictū ſubuenitur illis qui ſunt leſi per abſentiā: ꝛ ex cauſa. iuſta eñ abſentia nulli debꝫ eſſe dānoſa vel lucroſa. ❡ Verba. Iſte. §. ponit edicti pꝛetoris verba: ꝛ habet illud edictū tres partes. pꝛima eſt quali

ter abſens cōtra p̄ſentem reſtituat̄. nā ſi p̄ſens vſucapiat rē abſentis ille reuerſus reſtituetur cōtra p̄ñtem: ſiue vſucepit rem corporalē ſiue act. liberatus ſit. ⁊ hoc vſqꝫ ad. §. illū. itē ſi quis ⁊c̄. Scōa clauſula edicti quādo preſens contra abſentē reſtituitur: vt ecce ſi abſens p̄ſcripſit rem p̄ſentis reſtituetur preſens: ⁊ durat vſqꝫ ad. §. item ſi qua ⁊c̄. ⁊ ibi incipit tertia pars: ⁊ durat vſqꝫ ad finē. qꝛ dicit̄ ꝙ qñcūqꝫ eſſꝫ equū ꝙ reſtituat̄: p̄toꝛ reſtituet. lex ſequens tractat de vltima particula edicti p̄toris: dicens ꝙ illa pars in vſu eſt qm̄ alie ſpeciales clauſule frequentius locū habēt: occurrit tamē quandoqꝫ ꝙ ei locus eſt. ¶ Hoc capite. Nūc incipit vlpia. exponere verba pretoris: ⁊ dicit: ꝙ qui metu abfuerit adiuuant̄ ⁊ oꝫ ꝙ iuſtus fuerit metus. ⁊ hoc exquiret iudex. Item reſtituunt̄ qui abfuerunt cā rei pub. ſine dolo ⁊ qualiter accipiēdus ſit: vel accipiat̄ dolus malus exponit. ſed qui operā dedit vt abeſſet nō reſtituitur.

Legatis. Dicitur ꝙ iſti municipioꝝ legati nō dicunt̄ abeſſe cā reipub. ſed ſuccurrit̄ eis ex conſtitutionibus principum.

Occurritur. Expoſuit vlpi. duas partes edicti: nūc vult exponere ſñiam. ⁊ dicit ꝙ ſuccurrit̄ illis qui fuerunt in vinculis. Itē differentia eſt inter vincula ⁊ cuſtodiā. qꝛ vinculoꝝ appellatio generalis eſt: pertinens tam ad priuatos ꝙ̄ ad rem pub. cuſtodie vero appellatio ſpecialis ad rē pu. tantum pertinet.

Et. Nunc exponit aliam partem edicti. nā ſi liber homo vt ſeruus detinetur: habet beneficiū reſtitutionis. ſed ſi ſeruus incipiat litigare de ſtatu ſuo nō reſtituet̄ cuꝫ ꝓ liberto extunc habeatur. Sed pone aliq̇s ſeruus inſtitut⁹ fuit ſub cōditione bona vſucapta fuerint ante cōditionē exiſtentem nō reſtituet̄: ſꝫ filiusfa. bene reſtituetur ſi detineat̄ vt ſeruus: ⁊ leſus fuerit tunc. Itē q̇ captus fuerit ab hoſtibus. transfuga autē non reſtituetur.

Ab hoſtibus. Dicit̄ in. l. iſta ꝙ ſi aliq̇s captus ſit ab hoſtibus ⁊ poſtea reuerſus: qꝛ ſubuenit̄ eidē. ſed pone ꝙ ibi deceſſit ſine dubio: ⁊ tunc ei ſubuenitur. et ſi bonis ſuis datus fuit curatoꝛ. dicit ꝙ nihilomin⁹ ei ſubuenit̄: ſi reſtitutione indigeat. ⁊ ſic nō dicit hoc p̄toꝛ. ſuppletur tamen ab vlpi. ꝙ ſi aliq̇s captus fuerit ab hoſtib⁹ ⁊ filius ibi ſit natus reſtitui poterit. ſ. filius: non ſolum pater. ¶ Si dāni. Plan⁹ eſt. ſꝫ pone incepi rē alicui⁹ vſucapere ꝑ annū. deinde aūt cepit ille abeſſe per annū ⁊ dimidiū: poſtea reuerſus ille detent⁹ fuit ⁊ implicit⁹ circa negotia ſua: puta circa amicos ſuos viſitandos aduocatos querēdos per vnū menſeꝫ poſtea currit reſiduū tp̄s ꝙ ſupererat ad vſucap. complēdā ⁊ ita vſuca. cōpleta fuit: dicit ꝙ reſtituet̄ ei id tp̄s qȯ fluxit in abſentia. ſ. annus ⁊ dimidi⁹: ⁊ qȯ fluxit in p̄ſentia anteꝙ̄ eſſet negligens: puta menſis vn⁹: ⁊ etiā tp̄s abſentie ei reſtituitur. ſed ſi fuit negligēs petendi reſti. ⁊ in hoc nō ſubuenitur: ſed rōne impeditus. ⁊ hoc debet pretoꝛ cognoſcere ſi fuit negligens vel non.

Non ſolū. Planus eſt: ad militē hereditas pertinebat: qꝛ inſtitutus erat ſub cōditione infra certū tēp⁹ cōplēda: nō paruit cōditioni. ⁊ ſic amiſit here. ⁊ ſic neceſſaria eſt reſtitutio. vel dic ꝙ aliq̇s here. ⁊ etiā res hereditarias poſſedit: ⁊ vſucepit iuſte ſe credēs heredē: dū miles abſens fuit cā rei pub. dicit ꝙ cōtra illū poſſeſſoꝛē reſtituetur. Sed pone poſſeſſoꝛ ille res here. vendidit: dicit ꝙ tūc cōtra illum emptoꝛē danda eſt reſtitutio: vt liceat militi rē ſuā vendicare ab emptoꝛe. vñ ex poſt facto apparebit tenuērit vſucapio vel nō. ſed primo caſu datur petitio hereditatis.

Eum quoqꝫ. Legata fuerunt mihi. x. ſingulis annis dū eſſem in ytalia: incepi abeſſe cā reipu. vel captus fui ab hoſtibus dicit me reſtituendū: vt perinde legatū percipiā ac ſi nō abfuiſſem: nec debeo reſtitui vt act. habeaꝫ ad legatū petendū. pendente eñ cōditione eā nō habui: vnde ꝓſequēs eam nō amiſi: defectus tñ cōditionis fuit in cauſa qꝛ legatū amiſi: vñ ad id tñ reſtituar vt ꝑinde habeat̄ ac ſi non abfuiſſem. ⁊ ita ad ipſum legatū ero reſtituend⁹.

Sciendū. Hec. l. ⁊ ſequētes due ꝯtinuant̄ ħ dicit in ꝑma ꝙ maioꝛib⁹ erit ſubueniēdū i dānis ⁊ etiā lucris q̄ ipſi ꝑſequunt̄ ſine dāno ⁊ iiuria alioꝝ. nā cū dāno vel iniuria alioꝝ nō audiunt̄. ⁊ de hoc taliter pone exēplū. emi rem aliquā bona fide quā potui vſucapere: ⁊ incepi: deinde captus fui ab hoſtibus ⁊ ibi retent⁹ per tm̄ tp̄s per quātū potuiſſem vſucapere: reuerſus ſuꝫ poſtea: vñ volo ꝙ vſucapta habeat̄ poſtliminio. nam ſi in ciuitate fuiſſem vſucepiſſeꝫ ꝙ̄ iure poſtliminij idem videt̄: qȯ fingit me ſemꝑ p̄ſentē fuiſſe verūtamē dicit me nō eſſe audienduꝫ. vſucapio eñ quā per nos acq̇rimus ſine poſſeſſione naturali nō ꝓcedit. vnde nec vtilē nec directā habeo actionē. iniquiſſimū eñ eſſet alij auferre dñium vſucapione: cū in ciuitate nō vſucepi: cuꝫ ad ea que facti ſunt fictio poſtli. non extenditur.

¶ Sed pone caſum in. l. ſciendum ſic vt differat a. l. ſeq. ꝙ̄ aliq̇s emit rem ſed anteꝙ̄ poſſeſſionē eius apprehenderet factus eſt abſens reipub. cā. ⁊ ſic nō cepit vſucapē: nō impetrabit ex hoc edicto ꝙ res empta habeat̄ ꝓ vſucapta.

Item. Hic vult exponere vlpi. an p̄ſens cōtra abſentem reſtituat̄: ⁊ laudat vlpi. p̄toꝛeꝫ ꝙ bene fecit ꝙ ita vult ſuccurrere cōtra abſentes: ſicut ipſis abſentib⁹ ſuccurritur: ⁊ generalē p̄toꝛ ſubiecit clauſulam: ꝙ̄uis ſuperioꝛ fuerit ſpālis. i. ad certas perſonas. ⁊ ita regula datur ſi non defendentur abſentes. alias ſi defendant̄ cōtra eos nō dat̄ reſtitutio: ⁊ cū nō defendant̄ poteſt p̄ſens petere vt in poſſ. mittatur: ⁊ etiā bona diſtrahi ſi latitet. al's non diſtrahi debēt: ſed fiet tm̄ miſſio: poſtea dicit q̇ videant̄ defendi: ꝙ plus eſt cū. l. ſe. in qua dicit̄ ꝙ amici ⁊ cōſanguinei abſentis interpellari debēt: ⁊ etiā illud edictū datur in furioſos ⁊ īfantes: cū non defendunt̄: ⁊ cōtra ipſos leſi reſtituunt̄.

Et. Si q̇s fuerit in vinculis ⁊ reꝫ p̄ſentis vſucepit reſtituetur p̄ſens contra illum abſentem. qꝛ in vinculis vſucapere poteſt, ſed qȯ apud hoſtes eſt vſucapere per ſe nō poteſt: nec reſtituit̄ vt habeat̄ ꝓ impleta vſucapio, ſed iſti bene poſſunt ſibi acq̇rere per ſubiectas perſonas ex cauſa peculiari. vt in. §. hi. Item dicit ꝙ captiuus reſtituet̄ ſi admiſit aliquid. vt in. §. iteꝫ ei ⁊c̄. ¶ Deinde. Si debitoꝛ meus abſentauit ſe: vel celauit ſe: ita ꝙ ego nō potui agere cum eo: ⁊ ſic act. meā amiſi: dicit̄ hic ꝙ reſtituend⁹ ſum contra illū: nec ero mittendus in poſ. ⁊ de hoc aſſignat multas rationes. q̄re in poſ. bonoꝝ nō ſim mittēd⁹: qꝛ forte nō latitauit vel non habet bona: vel q̄rit aduocatos ⁊ alias ſimiles cauſas.

Sed ad eos. Hec. l. ⁊ ſeq. plane ſunt. dicit eñ ꝑſonas quaſdā aduerſus quas datur reſtitutio.

Sed ⁊ ſi ꝑ p̄toꝛē. Si ſtetit per iudiceꝫ quo min⁹ agē poſſet: ⁊ ideo actio expirauit reſtituet̄ ⁊ ſtare videtur qñ iudex copiam ſui non facit: vel coꝛruptus per gr̄am vel pecuniā ius nō dicit. ¶ Aduerſus. Dicit ꝙ aduerſus relegatū p̄ſens reſtituit̄: ſed relegatus nō reſtituitur cōtra p̄ſentem: ſi potuit ꝓcuratoꝛem relinquere niſi ex cauſa.

Et pretoꝛ. Quedaꝫ ſunt perſone que cōueniri non poſſunt. ⁊ ideo reſtitutio cōtra eos dat̄: ſed filius vel libertus non reſtituitur cū potuit veniam impetrare.

Si ferie. Ad actionē meā ꝓponendā ſupererant duo dies vel. viij. litē volebā conteſtari ad perpetuandaꝫ actionē meā: ſed nō potui ꝓpter ferias repentinas quas induxit imꝑatoꝛ reſtituar: qꝛ has non potui ꝓuidere in tēpoꝛe actionis mee. ⁊ ideo actio expirauit.

¶ A fideiuſſore. Ponit caſuꝫ cōuerſuꝫ ad ſuperiorē q: cō uent⁹ fuit fideiuſ. creditore deferēte iurauit fideiuſſor. nūq̄d liberabit̄ debitor ſi iurauit ei nil deberi ⁊ refert: an iurauit ſe nō fideiuſſiſſe: ⁊ nō liberabit̄ ſi iurauit nil ei deberi vel cōtra ctū celebratū nō fuiſſe liberabit̄ debitor. ¶ Si ei. Cōueni debitorē meū. ⁊ iō tu ꝓ eo fideiuſſiſti. q° eū exhiberes in iudi cio. exhibuiſti vel nō. tñ cōuenio te rōne tue ꝓmiſſionis. iura ſti te nō ꝓmiſiſſe exhibitionē ipſi⁹: nō iō liberabit̄ debitor ſi iuraſti te nō debere refert: an iō dicebat te nō teneri: q: forte eū poſt ꝓmiſſionē exhibueris: vel forte exhibere nō ꝓmiſeras ⁊ tūc nō liberabit̄ debitor. an iō ꝙ ſoluerit ⁊ tūc liberat̄.

¶ Si ex duob⁹. Ego ⁊ tu debebam⁹ aliquā rē. alt̄ noſtrum creditore deferēte iurauit nil deberi: alter liberabitur.

¶ Exceptio. Tenebar actōe mādati vl'. neg. ge. ⁊ dū me ali qua illaꝝ actionū cōueniebas detuliſti mihi iuſiurā. iuraui me nō debere. tu interim cōueniſti certi gn̄alis rōne eiuſdem rei: vel ꝯ̄ct⁹ ⁊ ex eadem cā: obſtabit tibi exceptio. ¶ Si q̄s Caſus. egi ꝯ̄ te vi bo. rap. rōne cuiuſdā rei: quā dixi te rapu iſſe. detuli tibi iuſiuranduꝫ. iuraſti te non rapuiſſe. an poſtea conuenire te poſſum actione furti: queritur. ⁊ reſpon. ꝙ ſic. videbatur contra. quia quilꝫ alienas res rapit furti tenetur. in ſti. vi bono. rapto. in principio.

¶ Colonus. Si colonus arbores meas ſuccidit: pluri bus actionibus tenetur: vt ibi dicit in littera. vnde ſi contra eum ago vna actione ⁊ me deferente iurauerit. non poterit alia actione conueniri ex eadem cauſa.

¶ Qui iurauit. Celebratum fuit diuortiuꝫ inter me ⁊ vxo rem meam. ago contra eam intento actioneꝫ rerum amotaꝝ me deferente. iurauit ſe non amouiſſe. poſtea reperio aliquā rem meam penes ſe. nunquid eam vendicare poſſum. dr̄ ꝙ ſic. ſed pone ꝙ primo egi rei vendicatione ⁊ detuli ei iuramē tum. ⁊ iurauit rem ſuam eſſe. ſi poſtea velim agere reruꝫ amo taruꝫ actione. an poſſim. ⁊ dicitur ꝙ obſtabit ex°. ⁊ pap. rn̄. generaliter quia vbicunq; eadem queſtio que prius ſopi ta eſſet in iudicio deducetur. licet per aliam actionem. quia ſꝑ ē obſtat ex°. Sed pone egi ꝯtra te ⁊ ſtipl'atus ſum a te iudicatum ſolui: qui condemnatus fuiſti. poſtea conuenio te

actio.in factū.q̄ deſcēdit ex re iudicata me deferēte iuraſti iu
dicatū nō fuiſſe.volo poſtea te ꝯuenire ex ſtipl'one iudicatuꝫ
ſolui nō poſſuꝫ.ſꝫ ſi pri⁹ egero ex ſtipul'.iudi.ſol.ꝛ me deferē
te dare nō opoꝛtē fuerit iuratū.poſtea potero agere ex re iu
dicata:niſi de hoc iuratū ſit.ꝛ reddit in lr̄a rōem. ¶ Idem
pomp̄. Cōueniebā te act̄.furti.iuraui deferēte te ꝙ furtū ꝑfe
ceras.nunq̇d ſtatiꝫ cōdicā rem ſubtractā.dr̄ ꝙ nō.

ITez cū. Ex hac ꝑte dicit ꝙ ex iureiurādo ꝓcedit actio
ꝛ except.q꞉ ex ꝑte actor̄ iurāt̄ dat̄ actio.ꝛ ex ꝑte rei ex
ceptio.ꝛ ponit talē rōnē.ꝯueniebā te me deferente.iuraſti te
nō debere.ꝛ dixi tu periur⁹ es.dixiſti tu iura ḡ ꝙ debebā.et
iuraui ex relatione te debere.ꝛ ita cū primo me deferēte iura
ueras te nō debere.ꝛ poſtea iuraui te debē dic̄ ꝙ vltimū iu
ramētū eſt ſeruādū.

QUod ſi. Sed pone petebas a me.x.me deferēte iura
ſti tibi deberi.poſtea agis act̄.in factū ex iureiur̄.ꝯ me.dico
te nō iuraſſe.vn̄ dicis tu.iura ꝙ nō iuraui.ꝛ te deferēte iura
ui.dicit ꝙ ſi iuraui a me petere nō dēs.qō eniꝫ ṗma q̄.ſ.q̄re
bat̄ an iurauer̄ ſopita eſt ꝑ h̄ ꝙ iuraui.ꝛ hoc dicit.

EUm q̇ iurauit. Inſtitui ꝯ te act̄.l.aq̇l'.negaſti a te da
tuꝫ dānū.deferēte te iuraui dediſſe.nunq̇d ꝯſequar du
plū ac ſi ꝓbaſſeꝫ.vr̄ ꝙ nō.ꝛ rō aſſignat̄ in littera.
¶ Si iurauero. Petebā a te ſtichū.dixiſti te nō debere.de
tuliſti mihi iuſiurādū.ꝛ iuraui te debere.ꝛ fuit ſtich⁹ in alia ꝓ
uincia:ꝛ deceſſit liberaberis niſi pri⁹ fueris in moꝛa.vel foꝛ
te ille ſtich⁹ ex cā furtiua debeat̄. ¶ Si mulier. Celebꝛato
diuoꝛtio int̄ me ꝛ vxoꝛē meā.petebat a me.x.dicebat ſe mihi
dediſſe noīe dotis.detuli ei iuſiurādū.refert qualit̄ iuret.q̇a
ſi iuret ſibi deberi.x.noīe dotis.ſolida.x.p̄ſtāda ſunt nō hita
rōne ne egeā.ſi āt iuret ſe dediſſe.x.in dotē.tūc intātū eſt ma
rit⁹ ꝯdēnād⁹.q̄tū ſi in ꝟitate dediſſet.x.puta q̄tū facere p̄t.

IN ppl'arib⁹. Inſtitui ꝯ te act̄.q꞉ albū p̄toꝛis coꝛrupi
ſti.iſta actio ppl'ar̄ ē.nūq̇d ſi iuraueris te nō coꝛrupiſ
ſe:liberaber̄ aduerſus alios agēvolētes.dicit ꝙ ſic.dū tam̄
ſine colluſione actū ſit.q꞉ ſi egi ꝯ te actio.ppl'ari:ꝛ abſolut⁹
es aduerſus alios de ppl'o tut⁹ eris except̄.rei iudi.ſi nō fue
rit colluſuꝫ q꞉ ſuperari me paſſus ſum

ADmonēdi. Primo regulā.deinde except̄.regule.dein
de exēplū. Regula ꝙ ſi iuſiurādū p̄ſtitū ē ꝛ poſtea ꝓ
nunciatū ꝙ nō poſſit ſnīa retractari.ſubijcit̄ exceptio ꝛ exce
ptionis exēplū.ꝟbigrā.dicebā te deberi mihi.x.q꞉ nō potui
ꝓbare:iudex detulit mihi iuſiurādū.iuraui ꝛ ſnīam tulit pꝛo
me.poſtea inueniunt̄ inſtrā ꝑ q̄ tu potes ꝓbare intētionem
tuā.q꞉ qō actū ē retractari dꝫ.vl' dic ecōtra vt ſubijcit.ſꝫ iſtō
fallit in iudiciali vel volūtario iuramēto.h̄ eſt qn̄ pars parti
defert iuſiurandum.

IUſiurādū. Iuſiurādū p̄ſtādū eſt ſꝑ tale q̄le defert̄.q꞉
ſi detuli tibi iuſiurādū vt iurares ꝑ deū.ꝛ iuraſti ꝑ ſalu
tē tuā iterꝝ erit iurandum.

LUca⁹. Dicit ſi dubitaret̄ vtꝝ ope debeant̄:vel nō:iura
ri poterit.poſtea rn̄det tacite obiectiōi.q.d.q̇s illud in
iurioſum eſſe ꝙ re⁹ cōpellat̄ iurare.ꝛ dicit ꝙ nō.q꞉ ſi ipſe reuſ
noluerit iurare referat.poſtea ponit caſuꝫ quedā in quo nec
cōpellit̄ iurare nec ē tutū vt referat.vt ſi petat̄ a te ſtich⁹ ab
ſens quē mihi debas.ꝛ dubitabas an mihi tenereris eo ꝙ
credebas eū moꝛtuū.vn̄ in iſto dubio ſi deferā tibi iuſiurādū
qō nō debeas:periculoſum eſt iurare.ſ.ꝑꝑ periurium. Itē ꝑi
culoſum eſt tibi referre q꞉ ego ſtatiꝫ iurarē mihi deberi.vn̄ in
iſto dubio erit tibi dāda dilatio vt tu iures.cetera plana ſūt
vſq꞉ ad.§.ſꝫ ō q̄litate.volui vt tu iurareſ mihi ſuꝑ libꝝ.volu
iſti iurare ſuꝑ altare.vel volebaꝫ vt iurares ſub vna foꝛma:
tu voluiſti iurare ſub alia:dicit ꝙ iudex dꝫ foꝛmā deſignare.
ꝛ ꝓbat̄.j.e.l.gn̄alit̄.§.i. ¶ Ait p̄toꝛ. Hic ponūt̄ quedā ꝟba
p̄toꝛis q̄ ſunt gn̄alia.dic̄ ꝙ ille cui delatū ē ſacramētū:dꝫ iura
re.qō ſi nō fecerit dꝫ ſoluere.ſubiūgit ꝛ vt poſſit referre petij
ḡ a te ꝛ detuli tibi iuramē.tu mihi retuliſti.ſi volo iurare: tu
reus eris abſoluend⁹.q̇d erit ſi te referēte exigo iuramētū de
calūnia iurare nō debes. ¶ Nō ſꝑ. Dicit aliqn̄ aliud refert̄

iuramētū q̄ ſit delatū:ꝛ h̄ cōtingit ex varijs cauſ̄:q̄ arbitrio
iudicis relinquunt̄.poſtea ponit duo exēpla.vnum qn̄ ex di
uerſitate reꝝ cōtingit icōgruitas.aliō qn̄ diuerſitate ꝑſona
rum:ex diuerſitate reꝝ:ſicut tu cōueniſti me actiōe de dolo.
ōtuliſti iuſiurādū:vt iurarē me dolū nō feciſſe.ego tibi retuli
vt iurares me feciſſe.alio mō iurabiſ tu q̄ ego.q꞉ ſi ego iuraſ
ſem ſufficeret:ſi iuraſſem me nō ꝯueniſſe.tu aūt iurare debes
vltra duos aureos me dolū cōmiſiſſe.q꞉ nō ꝓ minoꝛi datur
actio de dolo.vt.s̄.de dolo.ſi oleū.i ſi.vel ex aduerſitate ꝑſo
naꝝ cōtingit variatio.q꞉ dū libert⁹ cōuenit act̄.iniuriaꝝ pa
tronū detulit ei iuramētū vt iuraret ſe iniuriā ei non feciſſe.
patron⁹ refert alit̄ iurabit libert⁹.q꞉ iurabit iniuriā atrocem
actionē patronū ſibi intuliſſe.q꞉ alit̄ nō permitteret agere.vt
s̄.de in ius vo.ſed ꝛ ſi.§.ait pꝛetoꝛ.cetera plana ſūt vſq꞉ ad
l.ſi actoꝛ.

TUtoꝛ. Hec lex tota plana ē vſq꞉ ad.l.ſi actoꝛ.

SI actoꝛ. Debebas mihi.x.ex cauſa mutui.poſtea con
ſtituiſti mihi illa ſolutuꝝ.egi ꝯ te de ꝯſtituta pe.ꝛ defe
rente me iuraſti te mihi nō teneri de conſti.pe.poſtea volo a
gere cōdit̄.certi.an poſſim.ꝛ rn̄.ꝙ ſic.ex quo de p̄oꝛi obliga
tione iuratum nō eſt.

SI non. Petebā a te.x.iureiurādo delato.petijſti a me
vt iurarē de calū.nolui iurare.perinde eſt ac ſi iuſiuran
dum tibi fuerit remiſſum.ſed an mihi actio denegabit̄ q꞉ ꝑ
me ſtetit quomin⁹ iuraret̄ q꞉ nolui iurare de calū.ꝛ rn̄ō.ꝙ ſic

MAnifeſte. Placuit litigātib⁹ vt lis ſacramēto decide
ret̄.vni⁹ puta titij.deinde ei fuit delatū ſacramētum ꝛ
ab eo ſuſceptū.dicit ſe nolle iurare.dic̄ iudex referas ergo ad
uerſario.nō vult.dicit ꝙ iſta ē manifeſta turpitudo.

SI q̇s. Cū habebā debitoꝛē feci ei pactū de nō peten
do.ſi iuraret ꝙ capitoliū nō aſcēderet.ſi iurauit ꝛ petā
obſtabit mihi pactum.

IUſiurā. Si debitoꝛ me⁹ me deferēte iurauerit ſe tene
ri pignoꝛa q̄ obligauit liberant̄.neq꞉ penā petere po
terit rōne illi⁹ debiti.ꝛ ſi ſoluerit repetet.vel ſi dixi te mihi te
neri in.x.tu negaſti.detuli tibi iuſiuran.petebas deferri iura
mentū in ſequentē diem.detuli ſequēti die.mādaui ꝓcurato
ri meo vt reciperet a te iuſiurā.cū parat⁹ eſſes ad iuramētuꝫ
remitteret tibi.an valet remiſſio cum facta fuerit tibi abſen
ti.querit̄.ꝛ rn̄.ꝙ ſic.

LAbeo. Procuratoꝛ me⁹ detulit tibi iuſiur.illud iuſiu
ran.tibi remiſi.dr̄ ꝙ ſi tu ēt ignoꝛes ꝙ tibi remiſſum fu
it.nihilomin⁹ remiſſio valet.

CReditoꝛē. Mutuaui cuidā pupillo pecūiā.ꝛ negauit
ſe teneri.ꝛ indefinite iurauit ſe teneri.q꞉ ſolutū ē qō debebat̄
vel q꞉ cōtraxit nō ē liberat⁹ fideiuſſoꝛ.ſꝫ ſi iurauit ſe nō tene
ri eo ꝙ ſine interuētu tutor̄ neg.ꝯctū fuerit.nō liberabit̄.ſꝫ
ſi dubiū ſit vtruꝫ iuratū ſit de toto vel nō:p̄ſumenduꝫ eſt de
toto iuraſſe.vnde fideiuſſoꝛ liberabit̄.

## ¶ De in litem iurando. Rubꝛica.

REm in iudiciū. Egi ꝯ te rei ven.vel cōſili'i a
ctio.vn̄ cū debebas ſatiſda
re iudicatū ſolui.obtuliſti quedā fideiuſſoꝛē:q̇ nō
ſatis erat idone⁹ ad rē petitā.dicebā ꝙ daret mihi
maḡ idoneū fideiuſſoꝛē.q꞉ foꝛte ego iurabo in litē.ꝛ ſic foꝛ
te nō erit ſoluēdo ad eā q̄titatē:quā i ſacro ꝯp̄hēdā.q꞉ foꝛte
cū nō hꝫ i bōis niſi.c.ego puto iurare ad.cc.dic̄ ꝙ nō ſu audi
end⁹.q꞉ nō vr̄ res petita maioꝛis vel minoꝛis p̄cij ꝙ ita pōt
creſcē ꝑ ſacr̄m.cōtingē tn̄ p̄t:vt p̄ciū ei⁹ pl⁹ extimet̄.ꝛ h̄ dicit
veꝝ ē ſiue agat̄ ad h̄ qō meuꝫ fuit.ſiue agerē ad exhibēduꝫ
hoc dicit cū prin.l.ſequētis.

INterdū. In.l.ſupioꝛi in fi.dr̄ ꝙ qn̄ in litē iurat̄ extima
tur res vltra verū p̄ciū.h̄ dicit veꝝ ꝙ p̄ciuꝫ rei eſtimat̄.puta
anteq̄ q̇ reſtituē debuerit fuerit in culpa ꝛ nō in dolo.

NUmmis. Depoſui pecuniā penes te noluiſti eaꝫ reſti
tuere.nūq̇d in litē iurabit.ꝛ dic̄ ꝙ nō.cū nō itereſt mea
alios nūmos hr̄e q̄tū ꝛ illos eoſdē.ſꝫ pōe ꝓmiſerā ſub vſur̄
vel ſub pignoꝛe.et ideo q꞉ non fuit pecunia depoſita mihi

reſtituta vēditū eſt pign⁹: ⁊ cōmiſſa ē pena. ⁊ dic ꝙ adhuc in litē iurabiꝛ ſi tñ dānū paſſus ſuȝ q: pecunia non fuit reſtituta iurare potero. ⁊ diciꝛ id facīm ad dānū vel ꝑꝑ dānuȝ ⁊ nō in litē. alij tñ aliter dicūt. cetera plana ſunt vſq; ad. §. iurare.

¶ Iurare. In ſuperiori. §. dicit ꝙ dȝ iurare iudice deferēte. ⁊ al's nō vȝ iuſiuꝛ. ſȝ pone ꝙ iudex detulit: nunqd pōt iurari in infinitū. ⁊ diciꝛ ꝙ ſic. nunqd iudex taxare poterit ſacramētū: puta ſicut dicē: iura ꝓ quāto nolles te carere. dū tñ illam quātitatē nō excedas. ſ. c. ſolidos. ⁊ dic ꝙ iudex taxare poterit. ⁊ h̄ ꝓbat q: in ptāte ſua fuit deferre: ⁊ nō deferre. vñ ī poteſtate ſua dȝ eē taxare. Itē pone delatū ē iuſiuꝛ. a iudice: et eſt iuratū. nūqd poſtea iudex retractare poterit. ⁊ dicit ꝙ ſic. in fi. dicit ꝙ ꝑꝑ culpā nō iuraꝛ. ⁊ h̄ dicit vſq; ad. l. ī actiōib⁹.

In actiōib⁹. Hec. l. iiij. hȝ dicta. primū ꝙ ī iudicio bo. fi. ⁊ in act̄ ad exhibendū: ⁊ in act̄. in rē iuraꝛ in litem. Scōm ꝙ iudex poterit taxare vſq; ad quā ꝗtitatē iurari debeat. Tertiū ꝙ ꝑꝑ dolū ſuū nō ꝑꝑ culpā iurare dȝ. Quartū in ſtricti iuris iudicis in litē nō iuraꝛ. ꝑterꝗ in vno caſu: quē ponit in lr̄a: puta cū mihi ſtichū ꝓmiſiſti: ⁊ fuiſti in mora ſoluēdi. poſtea deceſſit ſtich⁹. intelligunt eū quidē de iureiurando ī litē qd̄ eſt ꝓ ꝗto nolles te cauere: qd̄ falſuȝ ē. ſȝ ad verā ꝗtitatē rei intelligiꝛ. ¶ Vulgo. Dꝛ h̄ ꝙ ſoluſ dñs dȝ iurare in litem: ⁊ nō alius.

Tum furti. Egi cōtra te actiōe furti: ꝯdēnat⁹ eras ī dupluȝ: vel in ꝗdruplū. ⁊ iurare debeo ꝗtum valuit res. cū mihi ſurrepta erat. ꝗliꝛ eīm poſſit ſciri ꝗtū eſſet duplū vl' quadruplū rei. niſi pri⁹ ſcireꝛ ei⁹ eſtimatio. lȝ quidā dicūt ꝙ h̄ loquiꝛ de iuramēto in litē. vnde ponūt caſuȝ in cōditiōe furti: ⁊ nō in actiōe furti: q: illa agi nō poſſet. q: in infinitū iuraꝛ. ⁊ ita nō poſſit duplari vel quadruplari: niſi pri⁹ ſcireꝛ vera eius eſtimatio. imo ego debeo dicere rē meā tāti fuiſſe. neq; debeo dicere tñ valuit: ⁊ nō pl⁹. imo ſi plus valeat: nō adijciat ⁊ plus.

Inſtrumētis. Si agā cōtra te ad exhibitionē aliquoꝝ inſtrōꝝ: ⁊ nō exhibeas: agā cōtra te ⁊ iurabo in litem.

De piurio. Petebā a te codicē meuȝ. tu dolo malo non reſtituiſti. iuro ꝯ te in litē. ꝙ nollē ꝓ x. marchis codice carere. tu diciſ ego ꝓbabo te ꝑiurū: q: codex tñ non valet. et dicit ꝙ nō audieris de facili.

¶ De ꝯdictiōe cā data: cā nō ſecuta. Rubꝛi.

Si ob rem. Dedi tibi codicē vt quid faceres. feciſti: nō poſſuȝ repetere.

¶ Si parēdi. Pater deceſſit me hr̄de inſtituto ſi x. darē. vel filiū inſtituit hr̄deȝ: ⁊ fundū mihi legauit ſi heredi eidē. x. darē: anteꝗ adirē hr̄. vel anteꝗ caperem legatū poſtea repudio hē. vel legatū. dicit ꝙ x. repetere poſſuȝ. Sȝ pone ꝙ illa vltima volūtas in q̄ hr̄s fui inſtitut⁹. vel legatū fuit mihi relictū defecerit vel defecit facto meo. ⁊ nō repetam aut nō. ⁊ tūc repetam. hoc dicit cū. l. ſe.

Dedi. Tibi. x. dedi vt nō moueres mihi qōnes ſuꝑ q̊dā fundo in craſtino tibi dixi: timeo ne adhuc mihi qōnes moueas te mihi nō motuꝝ qōem non cauiſti. an poſſuȝ repetere qd̄ dedi dicit ꝙ refert quid actū ſit. q: ſi cōuenerit mihi cauere ⁊ cautuȝ nō ſit cōpetit repetitio. Si aūt tantū ꝓmiſſuȝ ē ꝙ tibi qōnō mouebiꝛ non cōpetit repetitio interim ꝙ qō nō tibi moueꝛ. Itē ſi tibi dedi. x. vt manumittes ſeruū: ſi nō manumittas: vel me peniteat repetere poſſuȝ. ¶ Qō ſi. Dedi tibi. x. vt īfra certū tp̄s māumitteres. tp̄s elapſū nō ē repetere nō poſſuȝ. niſi forte peniteā ſȝ pone ꝙ deceſſerit ſtichus. nunqd cōpetit repetitio. dicit ꝙ ſic. ſi aū tp̄us deceſſit nō poſſuȝ repetere. imo ſi nō dedi cōueni tamē vt darē. hēs actiōeȝ ad illud ēt ex quo deceſſit aū tp̄s quo manumittere debuiſti. ¶ Si liber. Homo liber mihi ſeruiebat puer. cum credebat ſe ſeruū eē. dedit mihi. v. vt eū manumitterē. manumiſi de facto. poſtea perpēdit ſe liberū. an repetere poſſit: q̄ritur. ⁊ dic ꝙ ſic: ⁊ inde ponit exēplū. ¶ Si quis. Deceſſit q̄s libertatē reliq̇t ſeruo ſuo. ipſe q̄ credebat ſibi relictā ſub cōditiōe. ſ. ſi. xx. daret heredi inſtituto. dedit. x. an repetē poſſit q̄riꝛ. dicit iurl' cōſul. ſe audiuiſſe a prē ſuo: ꝙ nō repetere poſſit fili⁹ ecōuerſo ꝙ ſic. nec obſtat obiectio quam pꝛ ꝓ ſe induxit ꝙ ſi dedi tibi q: credebā ꝙ eſſes mihi amic⁹. ⁊ ſi nō ſis: tamē mihi nō cōpetit repetitio. iſta rō nō obſtat ¶ Subtili⁹. Deceſſit aliq̇s ⁊ filiū ſuū inſtituit hr̄dē. ſeruo ſuo peculiū legauit ⁊ libertatē: ſi x. daret heredi. poſtea in codicill' pure reliq̇t libertatē. ſeru⁹ h̄ ignorās. x. ſoluit. nūmos accipiētis nō facit: q: nō tradidit eos ac ſi eēnt ſerui ꝓꝑij. ſȝ ꝓꝑos heredis putans tradidit. ⁊ h̄ ꝓbat ꝑ ſimile. ꝙ ſi nūmos meos q̄ſi tuos tibi numero: nō facio accipiētis. poſtea mutat caſuȝ q: iſti ſeruo relicta fuit libertas pure. credebat ſibi relictā ſub ꝯditōe ſi. x. daret cuidā extraneo. nec fuit ei legatū peculiū: ſicut ī caſu ꝑcedēti dicit ꝙ ſi pecuniā ſoluet. ſ. de peculio nō facit accipientis. cetum ſi ali⁹ ꝓ eo vel liber ipſe fact⁹. bñ faċ accipiētis. ¶ Quāꝗ. Dicit ꝙ ſtatuliber pt̄ pecuniā ſoluēdo peculiareȝ adiplere ꝯditiōem ſub q̄ ē ei libertas relicta. verūtñ hr̄s poterit ꝓhibere ne ſoluat. ⁊ tūc nihilomin⁹ poterit ꝑuenire ad libertatē. Ille āt cui ſolui debēt nūmi hēbit actionē in factuȝ ꝯ heredē: vt volūtati defuncti ſatiſfaciat.

Si quis. Debebas mihi. x. accepto tuli tibi vt aliū debitorē mihi des qui pecuniā ꝓmitteret. non vis mihi dare illū expromiſſorē. ꝯdicere poſſuȝ. vt te reponas in priſtinā obligationē ⁊ liberationē tibi factā ꝯdicere poſſum.

Si pecuniā. Dedi tibi pecuniā vt ires romā. accepta pecūia paraſti ad eundū. emiſti cappā ⁊ alia ꝑ fortuituȝ caſuȝ fuiſti ipedit⁹. dꝛ ꝙ ꝑ te nō ſtetit q̄min⁹ ires. an pecu. repetere poſſuȝ q̄riꝛ. ⁊ vꝛ ꝙ non. q: ꝑ te nō ſtat q̄min⁹ eas. veri⁹ tñ ē vt ſi aliq̇d de pecūia ſuꝑſit: deductis expenſis tuis: ꝯdicere poſſuȝ reſiduū

Si ſeruuȝ. Dedi tibi ſeruū meū vt manumitteres vſq; ad diē certū penitui. ſi manumiſiſti poſt penitētiā cū certiorat⁹ fuiſti manumiſſio facit eū libertū. ſȝ ad intereſſe agam ꝑꝑ certiorationē. vel ad ip̄m ſuuȝ cū de facto tñ ſit māumiſſus ¶ Itē ſi q̇s. Dedi tibi. x. vt ſuū titij emeres ⁊ manumitteres ⁊ ſi emiſti ⁊ peniteat me aūꝗ emeres: aut p⁹. ꝓ caſu ꝯdicam ſcdō nō. Si xō ſu⁹ iſte aūꝗ dēbat manumitti deceſſerit nihil ꝑſtabit is q̇ pecūiā ob manumiſſionē accepit. Si āt fugit ſine culpa ei⁹ q̇ eū redemit. nō tenebiꝛ redēptor ſui. dȝ tñ ꝓmittē ſuū reſtituē: ſi in ei⁹ ptātē reuerſus fuerit. ¶ Sed ⁊ ſi. Satis plana ſunt vſq; ad. l. ſi extrane⁹.

Si extrane⁹. Dedi tibi dotē ꝓ aliq̄ muliere. pepigi vt ſi aliq̄ caſu ſeparenꝛ reſtitueretꝛ mihi dos. deinde non ſīt ſecute nuptie. q̄riꝛ q̇s repetat dotē: an ego vel mlier. ⁊ qd̄ mihi cōpetit repetitio. niſi aīo donādi ꝑ ea dotē ꝯſtituerē. idē ī pſe ꝙ. ſ. repetē poſſit niſi ꝓbat mulier prēm ei donaſſe.

Qui ſe debere. Credebā me debē alicui mulieri. x. cū nō debebā. vel fui except̄. tut⁹. dedi. x. noīe dotis ei q̄ cum muliere mrīoniū ꝯhē debebat. nō ē mrīoniū ſubſecutū. q̄riꝛ q̇s repetat an ego: an mulier. dic ꝙ ego. Sȝ pone ꝙ ī x̄itate debebā ei. x. ⁊ ꝓ ea ſolui marito futuro noīe dotis. nō ſūt nuptie ſecute. dic ꝙ ego ꝯdicā: ⁊ ī ꝑſtina obligatiōe remāeo obligat⁹. tñ liberari potero cedēdo mulieri actionē. ¶ Fund⁹. Dedi fundum noīe dot̄: ſȝ nuptie nō ſūt ſecute. nūq̇d potero fundū ꝯdicē. rñ. ꝙ ſic. ⁊ nō ſolū fūdū: ſȝ ēt fruct⁹. idē ē ī ancilla data in dotē ⁊ ei⁹ partu.

Quod ſerui⁹. Titi⁹ ⁊ berta volebāt mrīoniū ꝯhere: ⁊ de facto ꝯxerūt. tñ vtriq; vel alteri deerat etas legitima. titi⁹ dedit. x. dotis noīe ſpe futuri mrīonij: an titi⁹ ſi nuptie ſecute nō fuerūt repetē poſſit: q̇riꝛ. ⁊ dꝛ̄ ꝙ ſic. ſȝ h̄ veꝝ ſi anteꝗ ad etateȝ legitimā ꝑueniſſent a nuptijs ſe abſtinuerūt. ſi aūt ī ꝓmo voto ꝑſtiterint ceſſat repetitio. idē ē vbi ſpōſalia nō mrīoniuȝ ꝯtrahunꝛ. ſi nuptie ꝯhi non pñt competit repetitio.

Si donatur⁹. Noīe dot̄ cuidā mulieri dedi. x. cuȝ vellē cū q̊dā ꝯhere ſponſalia eidē. x. numeraui iuſſu illi⁹. nō eſt ſecutū ma. q̄riꝛ q̇s repetet. dꝛ ꝙ mulier. pone ꝙ ꝯueni cū ſponſo ſi nuptie non eēnt ſecute: ꝙ mihi reſtituerenꝛ. x. q̄ dedi noīe dot̄ ſi nuptie non fuerūt ꝯſecute ꝯdicam. ¶ Si q̇s.

Credebaꝫ me debere alicui mulieri .x.cum nulla debereꝫ.iuſ
ſu mulieris ꝓmiſi iſta.x.ſponſo futuro.ſecutum ē matrimo
niuꝫ.maritus petit a me illa.x.volo a me repellere eū excep
doli mali.an poſſiꝫ q̄rit̄.ꝛ rn̄.ꝙ nō.cū nil doli videt̄ cōmiſiſ
ſe ſuū negociū exercēdo:neqꝫ eni̇̄ decipiend⁹ eſt maritus:qđ
quidē eueniet ſi dotem ꝓmiſſam nō obtineret. verūtamen
contra mulierem condicere poſſuꝫ:ꝛ potero eam compellere
vt me liberet.Sed pone vt primum ꝙ cōtractuꝫ eſt matrimo
nium pactus eſt marit⁹ de media dote lucranda ſoluto ma
trimonio:vel diuortio vel morte.diuortiū poſtea interuenit:
marit⁹ cōtra me agit.dicit̄ ꝙ ꝓ medietate quā eſt lucrat⁹ nō
habeo exceptionē:ꝓ alia ſic.idem ſi ſoluero q꞉ pro vna me
dietate cōdicā:ꝓ alia non.

Si mulier.Debebam alicui mulieri .x.cū non eſſem ſol
uendo ſollicitaui eam cōtrahere mecū nup.ꝛ in tp̄e fu
turaꝝ nuptiaꝝ liberauit me accept.poſtea nolo cōtrahere:
forte q꞉ ſcio me liberatū.dicit̄ ꝙ a me mulier cōdicet:ac ſi in
tegrum mihi ſoluiſſet.

Si heres. Teſtator iuſſit me heredē ſuū facere monu
mentū arbitratu ſui liberti.ego illi liberto pecuniā ad
cōſtruendum monumentū dedi.libert⁹ nō facit monumentū
nunq̇d ab eo pecuniā cōdicere poſſum.ꝛ rn̄ ꝙ ſic.

Cum quis. Qui donauit cauſa mortis:ſi cōualeſcat
poteſt cōdicere qđ donauit.

Si filius.Deceſſit quis duob⁹ filijs relictis alio emā
cipato:altero in poteſtate ↄſtituto.emācipatū aūt filiū
preterierat in vltima volūtate:ꝛ aliū heredē inſtituit. poſtea
dicit inſtitut⁹ vt emācipat⁹ bona ſua cōferat.ↄtulit emācipa
tus.deinde nō vult petere bo.poſ.an repetere poſſit que cō
tulit,dicit̄ ꝙ ſic.

Si procuratori.Credebam me debere tibi.x.ꝓcuratori
tuo quē credebā eē ꝓcuratorē ſolui aut dn̄s titi⁹ habu
erit ratū:ꝛ tenet̄:aut nō habuit ratū:ꝛ cōdicere potero a ꝓ
curatore.item ſi debituꝫ fuerit ſolutū falſo ꝓcura. neqꝫ dn̄s
habuit ratū,ꝛ hoc animo ſoluit vt ſtatiꝫ ſe liberet repetetur
a ꝓcura.condi.ob cām nō inde.ſi aūt vt miniſtro pecuniā cre
didit ei:vt ad dn̄ꝫ portaret.ſi nō habuit ratuꝫ poſſet conue
nire ꝓcura.actione furti q꞉ in eū non eſt tranſlatū dominuꝫ
in priori caſu ſic.

Cum ſeruus. Seru⁹ alien⁹ ſurripuit equū tuū habui
ſti aliquē ex ſeruis meis ſuſpectuꝫ puta ſtichū. tradidi
tibi eū vt de furto illo inquireres.ꝛ ſi innocētē euꝫ inuenires
poteſtati eū tradidiſti ac ſi furtū cōmiſiſſet:affect⁹ eſt vltimo
ſupplicio.dicit ꝙ potero agere cōtra te cōdi.ob cām.itē acti
one ad exhibēduꝫ.itē furti ſub diſtinctiōe tn̄ in.l.tradita:q̇a
alio modo vſus es q̄ ſcires me dn̄m ꝑmiſſuruꝫ.

Dedi tibi pecu.Habebas ſeruuꝫ dedi tibi pecu.vt euꝫ
mihi dares.querit̄ an ſit cōtract⁹ emptionis ꝛ ven. et
rn̄.ꝙ nō,ꝛ hoc triplici ratiōe.q꞉ pone ꝙ ſtichus ſit mortuus
anteq̄ traderet̄:potero pecuniā cōdicere.ꝛ ita nō eſt vendi
tio:q꞉ ſi eſſet mihi venditori periret.Secūda rō ē talis.pōe
ꝙ ſeru⁹ fuerit alien⁹:eū tamē mihi tradidiſti:q꞉ cum rem mei
accipiētis nō feciſti cōdicere poſſuꝫ.alit̄ aūt ē in vēditione q꞉
nō cogit̄ iſte vēditor rem facere accipiētis.vnde apparet ꝙ
nō eſt venditio.Tertia ē:ꝙ ſi titi⁹ fuerit propri⁹ cū cum mi
hi tradidiſti,potero petere vt ei⁹ noīe caueas de euictiōe:qđ
ſi nō feceris repetere poſſuꝫ.aliter eſſet in vēditione:q꞉ ibi ꝺ
natura cōtract⁹ de euictione tenet̄.

## De ↄdictiōe ob turpē cām. Rubrica.

Omne. Temere facit iuriſcō.bimēbrē diuiſi
onem:q꞉ q̇cq̇d dat̄ aut ob rem: aut
ob cām dat̄.ꝛ ꝙ ob rem dat̄:aut honeſtam: aut
ob turpē:aut ē turpitudo dātꝭ:aut recipiētꝭ: aut
vtriuſq꞉.de honeſta cauſa nil dicit.q꞉ ſatis dixit in titulo ſu
periori.tn̄ dicit ꝙ ſi ex honeſta cauſa data ſit ita erit locus re
petitioni.ſi id ꝓꝓ qđ datum eſt ſecutuꝫ nō eſt,Ceteꝝ ſi ob in
honeſtā cām dedi.i.turpem:dū tn̄ turpitudo ſit ex parte acci
pientis tm̄ loc⁹ erit repetitioni.ꝛ h̊ dicit cū prin.l.ſe.

Si tibi. Promiſi tibi.x.ne furtuꝫ faceres.petis illa .x.
poſſum repellere te ꝑ exceptionē.ſꝫ pone ꝙ obmiſſa except.
x.ſolui ſponte:nūq̇d illa repetā cōdi.ob tur.cau.rn̄.ꝙ nō. q̇a
nō ex turpi cā videor ſoluiſſe.ſi aūt ex ꝑte vtriuſqꝫ verſet̄ tur
pitudo:nō erit loc⁹ repetitioni.q꞉ in pari cā turpitudinis:po
tior eſt cā poſſidentis.

## De condictione indebiti. Rubrica

Nunc. Credebam me debere tibi.x.cuꝫ non de
bui.ſolui:an repetere poſſuꝫ queritur:ꝛ
diſtinguit̄.aut ſciens aut ignorās ſolui.ꝓmo caſu nō
repetam.ſecūdo ſic.

Si quis.Petebam a te.x.ignorabas an aliquid mihi
nō debere poſſes.ꝙ hoc idem ꝓbat per aliū caſuꝫ.ali
quis inſtituit me heredē relinquit legata vel fideicōmiſſa. le
gatarij cōueniunt me noīe legatoꝝ.dico ꝙ ignoro vires hē.
q꞉ pōt eſſe ꝙ lateat debitū hereditariū.verūtamē parat⁹ ſuꝫ
ſoluere dū tamē ea reſtituatis:ſi poſtea inueniat̄ es alienuꝫ.
qđ falcidiā inducat intātū ꝙ ſi legata de here.ſolui nō poſ
ſūt retēta quarta legata erunt reſtituēda quatenus falcidia
popoſcerit.Si quid.Inſtitutus fui in quodam teſtō.qđ
quidē putabā eē verū ſolui legata.poſtea apparet teſtamē
tum eſſe falſuꝫ.an repetere poſſum legata.q꞉ nullū fuit teſta
mentū:eo qđ falſuꝫ vel inoffi.irritū:vl̄ ruptū poſtea apparu
it.ꝛ rn̄.ꝙ ſic.Idē ē ſi es alienū poſtea apparuerit. Idē eſt ꝛ
ſi legata in teſtō relicta adempta fuerūt in codicill.ego tam̄
heres inſtitut⁹ h̊ ignoraui.q꞉ in iſtis caſib⁹ repetent̄ legata
hoc idē in primo caſu.Sed quid teſtm̄ falſum probat̄ vel in
offi.repetit legatū nō hr̄s inſtitut⁹ ſed ltīm⁹ vel poſthumus
ab legatarijs vel ab herede inſtituto bo.po.ſi quaten⁹ fact⁹
eſt locupletior.q꞉ nō eſt nouuꝫ ꝛc.cetera plana ſunt vſqꝫ ad
l.ſi ꝓcura.vbi dicitur ꝙ titium ꝓcura.ad negocia mea inſti
tui ꝙ indebitū de meo ꝛ meo noīe ſoluit.ſi ratū nō habeam
repetere poteſt ꝓcurator.ſi aūt debitū ſoluerit:repetere non
pōt.nec eſt expectāda mea ratihabitio.q꞉ eo ipſo ꝙ eū ꝓcu
ratorē oīm bonoꝝ dando ei liberā adminiſtrationeꝫ inſtitui
videor mādaſſe vt creditori ſoluat.ſed pone ꝙ aliq̇s ei inde
bitum ſoluit.ſi ratū nō habeam ab ipſo ꝓcuratore eſt repetē
dum.ſi aūt me⁹ debitor illi ſoluerit liberat̄.neqꝫ refert ratum
habeam nec ne.al̓s tn̄ eſt qn̄ ei ſolutū ē indebitū. quo caſu
conſideranda eſt mea ratihabitio:que eſt cā diuerſitatis.q꞉
nō videor ei mādaſſe vt indebitū exigat.vnde teneor ſi ratū
habeam al̓s nō.Julian⁹.Tutor pupilli vel ꝓcurator a
licui⁹ finita adminiſtratione debitū pupilli vel dn̄i ſoluit.de
inde vult repetere cōdictione indebiti.q꞉ ſoluiſſꝫ cū finita ſit
adminiſtratio dicit̄ ꝙ non repetet:neqꝫ refert:an ſoluerit de
ſuo an de pupillari:an dn̄ica.

Quod indebitū.Solui tibi indebitū repetam ſi extat.ſi
nō tantūdē vel melius ſi ſpeciē ipam ſi q̄titatē tātūdē
etiam ſi extat.

Quod noīe.Hec.l.ꝛ ſequēs cōtinuant̄ in actiōe de do
te nō eſt marit⁹ niſi inq̄tū pōt.vn̄ ſi noīe mariti cōuen
tus aliquis ſoluat vlteri⁹ an repetet̄.dicit̄ ꝙ nō. q꞉ idē eſſet
ſi marit⁹ vltra q̄ poſſet ſolueret.

In diem.Debebā tibi.x.in kal̓.ſolui añ.an repetē poſ
ſum.dicit̄ ꝙ non.

Naturalit̄.Mutuaui alicui ſeruo pecuniam aliq̇s mi
hi ſoluit noīe ipſi⁹ an repeteret̄.dicit̄ ꝙ nō.q꞉ ſeru⁹ naturalē
contrahit obligationē.vnde neqꝫ ipſe ſi ſoluit neqꝫ is q̇ ſol
uit noīe ipſius repetit.ſꝫ ꝛ fideiuſſor ꝓ tali debito datus et
pignus obligatur.Itē ſi pupill⁹ ſine tu.aucto.pe.mutuatu ſ
eſt ꝛ eā in vſus ſuos cōuertit.deinde eam ſoluit.an eam repe
tere poſſit querit̄.ꝛ dr̄ ꝙ non.lex ſequens continuatur: nam
equum eſt ꝛc.

Indebiti.Plana ē q꞉ dicit ꝙ fruct⁹ ꝛ acceſſiōes ſeqn̄.
indebitū reſtitutuꝫ.Si nummi.Soluo tibi pe.quā

credebā meā eſſe. an repetere poſſuʒ ꝙ tñ ad poſſeſſionē condicere poſſuʒ. idē ē ſi ſpē̄m quā me tibi debere credebā tradidi. ſed ſi aliene rei poſſeſ. cuiꝰ incepta fuit vſuca. poſtea ꝑ te cõpleta: nõ poſſeſ. ſʒ ꝓprietatē cõdicam. q: ſicut ĩ mutuo vſucapione recõciliato a me hēs dñium ſʒ indebite. ⁊ hoc ē qȯ ſequit̄. Sʒ pone ꝙ ꝓprietatē alicuiꝰ rei cuiꝰ rei vſufru. alienus erat tibi indebite ſolui. dicit̄ ꝙ illā cõdicā tñ.

Sub conditiõe. Debebā tibi aliq̇d ſub cõditiõe: ſolui ante ꝯditionē exiſtētē. q̄rit̄ an repetere poſſuʒ. dicit̄ ꝙ ſic. ſi ergo ſolui repetā: ſi cõditio exiſtat nõ repetā. ſi aũt ad diem certū debeat̄ puta quādo ſecute ſunt nuptie ⁊ fuerit die adueniēte ſolutū non repetit. ſʒ ante ſic. ſecꝰ ſi dies ſit omĩno extitura. vt in. l. nā ⁊ ſi. ⁊ cū. l. ſe. i. rñ. ſic. §. vlti. l. ſub cõditione recepit diuerſa exēpla ſm̄ p̄dictā diſtinctionē ſm̄ azo. ſʒ hoc vltimo caſu intelligit̄ ſm̄ alios. ſ. ſm̄ Jo.

Si pene. Dic caſum vt in glo. ¶ Quāuis. Credebā me heredē titij: ſolui creditoribꝰ here. deinde apparet me heredē nõ eē: an repetā: dic̄ ꝙ ſic.

Si putē. Debebā tibi ſtichū in veritate: ⁊ credebā me tibi ſtichū debere aut pāphi. ſub alternatione. ſolui tibi pamphi. repetam.

Si falſo. Credebā me tibi debere. x. cū nõ debebaʒ tibi: ſolui pecuniā que in parte erat mea in parte aliena. ꝓ illa pe. que mea fuit repetā ꝓpetatem: ꝓ aliena ꝙ poſſeſſionē repetā Jo. vel dic ſm̄ Az. ꝙ aliene pecunie cõdicet poſ. q̄ eſt indiuidua: nõ aũt ꝓprietatē cū nõ fecerit pe. accipiētis. ⁊ hoc eſt qȯ dicit

¶ Si duo. Eramꝰ duo rei debendi in. x. ſcʒ. nos ꝑ erroreʒ xx. ſoluimꝰ. dicit̄ hic ꝙ quilibet noſtrū quiꝗ repetet: q: x. vltra ſummā ſoluimꝰ. Jdē eſt in rei principali ⁊ eiꝰ fideiuſſore hoc dicit cuʒ. l. ſeq.

Plane. Si duos. Ego ⁊ titiꝰ credebamꝰ tibi ſtichum aut pāphi. ⁊ vterꝗ ſoluimꝰ. nūq̇d ego vnā medietatē ſtichi tu alterā pāphi. repetes. dicit ꝙ nõ. q: ab initio ſolui non potuerunt.

Cum iter. Vēdidi tibi fundū ⁊ conuenit inter nos vt iter haberē ꝑ fundū. illū. ſ. vſꝗ ad p̄diuʒ meū: ⁊ tradidi tibi fundū libeꝝ in traditiõe. tūc nõ excepi de ſuitute. dicitur ꝙ illaʒ cõdicere poſſum.

Et legāter. Hec lex dicit vi. caſus ĩ q̇bꝰ datū cauſa trāſactꝰ. repetit̄. Primꝰ eſt ſucceſſi tibi credebā te cū aduerſario litigaſſe ⁊ trāſegiſſe. data pecu. ſolui. nūq̇d repetet̄. dic̄ ꝙ ſic. Secūdꝰ ſi credat ꝓcurator dñm trāſegiſſe: repetit. Tertiꝰ ē ꝙ credebā qȯ mecū trāſegiſſes: ⁊ nõ trāſegeras: repeto qȯ dedi. Quartꝰ ſi cõi cõſenſu a trāſactiõe receſſuʒ eſt erit quaſi trāſactum nõ eēt. Quītꝰ eſt cū ego ⁊ tu litigamus ⁊ ſñiatuʒ fuit cõtra me. ⁊ poſtea trāſegimꝰ ⁊ aliq̇d trāſactꝰ. cā dedi. dicit ꝙ id repetet̄: vel cõpenſabitur ĩ eo ĩ quo fui cõdēnatus. verũtamē ſi appellatū ē vel negatū ē me fuiſſe cõdemnatum. dicit ꝙ tenet trāſactio. ⁊ ꝙ dat̄ ex tali cā nõ repetet̄. Jdē eſt ĩ ſexto caſu vtputa relicta fuerāt mihi alimēta ĩ teſtamēto alicuius: ſi cum herede trāſegero: nõ tenet trāſactio. et quod dat̄ ex tali cauſa repetetur. ¶ Si quis. Conueniſti me: tecū tranſegi: iteꝝ cõuenis me. potui te repellere ꝑ exceptio. non feci: obtinuiſti: nunq̇d valebit ſñia. dicit ꝙ ſic. ⁊ qȯ datum eſt cauſa tranſactꝰ. repetet̄. ſed ſi repetat nõ habebit exceptꝰ. repetitio eñ excludit exceptionē. nam eadem ſolutio contraria non operatur.

¶ Si que lex. Credebam me vel ſeruum meum tibi teneri actione furti. ſed non tenebar. ⁊ ita ſolui quadruplum: vel in vna ⁊ ſolui duplum. nunq̇d repetā. ⁊ dicit ꝙ ſic.

Si is q̇. Jſta lex ⁊ ſequens idem dicũt. quia ſi ego ſciens me tutum perpetua exceptione ſolui non. repetam.

Cum duo. Ego ⁊ tu fideiuſſimꝰ pro titio in. x. que debebat. deinde titius ſoluit tria. poſtea quilibet quiꝗ ſoluit. dicit ꝙ ille qui poſtremo ſoluit. v. repetet tria.

Si non ſortem. Debebas mihi. x. ꝓmiſeras mihi vſuras nudo pacto: ⁊ ita nõ debebantur iure ciuili. ſoluiſti mihi vſuras. nunq̇d illas repetis. dicit ꝙ nõ. Sed pone ꝙ vſure ille legitimū modū excedant: nõ repetunt̄ ſed ſorti imputant̄ quia ſors poſtea ſoluta indebita repetitur. Sed pone ꝙ primo ſoluit ſortem: deinde vſuram. vltimo legitimū modum. dicit ꝙ repetet̄ tanꝗ̄ ſors. in fine dicit ꝙ vſure ꝓmiſſe vltra vſuras centeſimas repetunt̄: nec exigunt̄ ſi in ſtipulationeʒ deducuntur. ¶ Si centum. Debebam tibi centum. ⁊ cum credebam me tibi debere. cc. dedi tibi prediuʒ qȯ valet cc. dicit ꝙ predium repetam ⁊ centuʒ erunt in obligatiõe vbi prius. poſtea rñ. tacite obiectioni. q: videbat̄ ꝙ priſtina obligatio in. c. extincta eſſet: cū res pro re: vel res ꝓ precio ſolui poſſet. dicit ꝙ illud hic locū nõ hʒ. credebat enim plus debere ꝗ̄ debebat nec fuit hic compenſatõ in partem fundi cum pecunia. cū hoc non egiſſes ſoluens ſi eniʒ per compenſationem talem fundus fieret cõmunis ⁊ ſolutio. per conſequens ad cõionem compellētur qȯ eſſe non debet. remanebit g̊ obligatio integra ⁊ erit fundi repetitio. in fine dicit ꝙ põt prędium illud retinere pro illis qui in veritate debent̄. Cetera plana ſunt vſꝗ ad. §. heredi.

¶ Heredi. Gerebat ſe quis ꝓ herede cū non erat. ſoluiſti pone putans heredem. ſ. cum non eſſet ſi agat contra euʒ verus heres. ⁊ ſuccūbat tu repetis. ſi x̊o debitum ſoluiſti ⁊ ſuccubuit ſimiliter tu repetes. vel dic loqui in vero herede. ⁊ expone vt ibi notat̄.

¶ Libertus. Habebam libertum qui credebat ex ſtipulatione ſe mihi debere operas obſequiales ⁊ ſimiles. q: de illis hic loquitur que conſiſtunt in agendo. poſtea apparuit nõ debere. an repetere poſſit queritur. ⁊ dicit̄ ꝙ non. ſed pone ꝙ per aliqȯ tempus operas illas non ſoluit: ſed cum ab eo eas peterem tranſegit ⁊ pecuniam ſoluit. nunq̇d illam repetere poſſit querit̄. ⁊ dicitur ꝙ non. ⁊ de eiſdem operis loq̇tur. ⁊ hoc in ſecunda. Jn tertia parte loquitur de illis fabrilibus incertis. credebat eñ libertus ſe patrono ſingulis annis per aliquos dies laborare debere. nõ tamen ſciebat vtꝝ ſcribere vel pingere debebat. ⁊ ĩ veritate ei ſcribere debebat ſoluit ei tamē operas quaſdā: nunq̇d eas condicet. ⁊ dicit ꝙ non. qualitet eñ condicerent̄ cū nõ poſſint eedem ſolui. q: aliter ſcribit homo iuuenis ꝗ̄ ſenex. ſʒ ⁊ aliter ĩ hyeme ⁊ aliter in eſtate. cum opere condici non poſſunt: eſtimatio repetetur nec eſt mirum ſi aliud ſoluitur ⁊ aliud repetitur. ⁊ hoc ꝓbat per exempla quedam. Jtē dicit ꝙ ego patronꝰ officiales alij delegare non poſſum. Ceteꝝ ſi fuerint fabriles delegate peti poſſunt. ſed quid ſi officiales fuerint delegate ⁊ preſtite nunq̇d petentur. dicit ꝙ non.

¶ Si. x. Stipulatus fui a te. x. aut ſtichum: ⁊. v. ſolui. nunquid illa. v. indebita repetere poſſum. dicit ꝙ refert: an fui liberatꝰ in illis. v. aut non. primo caſu nõ repetam. ſecundo ſic ⁊ dicit iuriſcon. ꝙ in hoc caſu eſt in pendenti ſim liberatus nec ne. vnde petis aut ſtichum aut. x. ⁊ ſi. v. ſolum apparebit alia. v. ſoluta eē debita. Ceterum ſi ſoluam ſtichuʒ quinꝗ repetam vt indebita. Sed pone ꝙ primo ſoluam quinꝗ deinde ſtichum. modo vis ſtichum reſtituere: ⁊ quinꝗ primitus ſoluta retinere: ⁊ alia. v. petere. nunq̇d poſſis. dicit ꝙ non. dicit tamē ꝙ ſi tota. x. eēnt ſoluta ⁊ ſtichꝰ: ꝙ tunc in voluntate tua eſſet aut ſtichū aut. x. reſtituere.

¶ Jtem ait. Pone ſtipulatus ſum a te. x. duobꝰ heredibꝰ relictis. nunq̇d poteris vni ſoluere. v. alteri medietatem ſtichi. dicitur ꝙ non.

Qui loco. Credebam me tibi debere. x. rome: ſolui. nūquid alibi ꝗ̄ rome poſſum repetere. dicit ꝙ ſic.

Iudex. Debebam, tibi. x. ⁊ cum peteres a me iudex me abſoluit. demũꝗ bonam fidem habui: ſolui. nūq̇d repetam. dicit ꝙ non.

Interdū. Dicit ꝙ quandoꝗ condicit vnus qȯ alius non condicet. ⁊ eſt exemplum in pupillo ſoluente ſine tuto. aucto. q: repetit qȯ ſolutū eſt.

Qui inuicem. Debebam tibi. x. ex cauſa depoſiti, de

bebas mihi .x. ex cā mutui. in caſib⁹ iſtis nō eſt loc⁹ cōpenſationi. vn̄ ſi tibi ſoluerꝫ tua .x. nō repetā: imo mea .x. que mihi debebas.

**I**S qui. Inſtituit aliquis me heredē ī teſtō. q̄ forte habebat creditorē. ⁊ eāz īſtitut⁹ ꝑ tertia pte. credebā me hēdē inſtitu. ꝑ dimidia. ꝑmiſi me ſolutuꝝ creditori hereditario ꝑ dimidia hereditatis. dicit ꝙ cautionē repetē poſſum.

**O**Em is. Promiſeras mihi ſtichū: aut pamphi. vtrū ꝗꝫ ſoluiſti. deinde deceſſit alter. dicit ꝙ ille q̄ ſupeſt remanet in obligatione: vnde nō repetit̄. ¶ Fideiuſſor. Titius debebat tibi .x. ꝑ eo fideiuſſi. feci pactuꝫ de nō petēdo a me. poſtea aliquo caſu ignorās tibi ſolui. dicit ꝙ repetā. idē eſt ſi ego deceſſi: ⁊ heres me⁹ ſoluerit. Sꝫ pone ꝙ titi⁹ mihi ſucceſſit ⁊ ſoluerit. nūq̇d repetet. dicit ꝙ nō liberat̄. ¶ Si in ea opinione ſit mulier. Nomine dotis mulier quedaꝫ ꝑ alia ſoluit .x. marito futuro: credens ſe teneri. an repetē poſſit. dicitur ꝙ nō. qꝛ cā pietatꝭ tollit repetitionē: quā al's iduceret falſa opinio. ¶ Qui hoīem. Credidi me debere tibi hoīem in genere. dicit ꝙ ſimil' ſum ei q̄ hoīem aut .x. dꝫ. veluti ſi ad hominē in gn̄e tenebar. credebā me teneri ad ſtichum ⁊ cum ſoluero: condicam.

**S**I in area. In area aūt tua domū edificaui. eam edificatā ꝑact⁹ es. an cōdicā. dicit ꝙ nō. ſi aūt poſtꝗ̄ edificaui tibi edes tradidi: nō ꝯdicam. qꝛ nō feci domos iſtas accipiētis: qꝛ prius erant tue. vn̄ pone. credebā me hr̄dem domos hr̄ditarias fulſi: ad expēſas mihi potero conſulere per retentionem.

**I**S cui. Titius deceſſit meuio hr̄de inſtituto. rogauit ꝑ fideicō. vt hr̄ditatē illā ſeio reſtituerꝫ ſi .x. daret. ⁊ ſi ei fundū quē hēbat ſil'r daret. lapſo tn̄ aliquo tꝑe vt fruct⁹ medij tꝑis fundi legati valerēt cū eſt in lr̄a tota: meui⁹ dixit hērditatē nō eē ſoluēdo: vn̄ totam ſeio reſtituit. dicit ꝙ ſi ex cauſa iſta heredi dederit quod id repetet. Cetera plana ſunt vſꝗ̄ ad .l. frater.

**F**Rater a fratre. Primo nota tria circa hanc .l. ꝙ filius mutuādo pecūiā pr̄naꝫ fr̄i eidē ſi .fa. patris voluntate vel nō. nō refert: ſꝫ acq̇rit naturalem obligationem patri ſm̄ iura iſta. Aliud ē qꝛ quotiēs debitor ſuccedit creditori: ꝙ extinguit̄ obligatio. Tertiū ē ꝙ debitū filij eſt onus peculiare qꝛ ꝑtinet ad peculiū ⁊ ex peculio erit ſoluēdū. his p̄ſuppoſitꝭ dic caſuꝫ. Paterfa. habebat duos filios titiū ⁊ meuiū. titi⁹ a meuio .x. accepit mutuo. ⁊ ita erat patri naturalit̄ obligat⁹ ꝑ meuiū tradētē. deceſſit pater: vtroꝗꝫ hr̄de inſtituto. oīa bona paterna ⁊ peculiaria inter ſe diuiſerūt. ⁊ diuiſione facta .x. ſoluit titi⁹ meuio. vult ea repetere. an poſſit q̄rit̄. ⁊ dicit ꝙ dꝫ meui⁹ reſtituere medietatē q̄ nō extat heres. nā ꝑ medietate qua extat hēs titius extincta fuit obligatio. aliam medietatē .i. alia .v. cōdicꝫ ſi tn̄ ꝑuenit ad meuiū de peculio titij ꝗ̄ tū fuit medietas debiti .i. v. ⁊ hoc trib⁹ rōnib⁹. Prima ē ꝙ ad quē deuenit peculiū dꝫ deuenire onus peculiare: puta debitum. vnde ſi totū peculiū titio fuiſſet prelegatū: de illo pecl'io eēt ſatiſfaciēdū meuio. qd̄ g̊ ad meuiū ꝑuēit d̄ peculio īdebituꝫ erit cōputanduꝫ. Scd̄a ratio ē. ꝑ id ſcilꝫ qd̄ ꝑuēit ad meuium de peculio extinguit̄ debitū. quid ſi titius tn̄ dꝫ extraneo: ⁊ cū conueniretur tn̄ d̄ ſuo ſolueret. nunq̇d poſſꝫ tantuꝫ deducere de peculio per iudiciū fa. her. dicit̄ ꝙ ſic. Tertia ratio eſt ꝙ ſi tantum debuit extraneo: anteꝗ̄ tamen exigeretur peculium omnino diuiſerunt. poterit deducere id in quo eſt alij obligatus certe pōt. ergo ex quo ita eſt ꝙ ſi extraneo deberꝫ de pecl'io eēt ſoluēdū ⁊ a fr̄e eēt indēnis ꝯſeruād⁹. ml'to forti⁹ aduerſus ſeipſū indēnē ꝯſeruare dꝫ. ¶ Queſitū. Habebam filium in ptāte qui peculium habebat. decē ei mutuaui. deinde emancipat⁹ decē mihi ſoluit. an poſſit repetere. dicit ꝙ ſi peculium filij mei penes me non remanſit. non repetꝫ qꝛ naturaliter fuit mihi obligat⁹ exiſtēs in mea ptāte. vn̄ lꝫ poſtea ſoluat nō repetet. ⁊ hoc probat ꝑ quoddā ar. qꝛ ſi ego a creditoribus filij mei infra annum fuerim cōuentus de peculio poſt emācipationē. nōne primit⁹ potui deducere qd̄ mihi debebat. ⁊ ſic ſi quid fuerit reſiduum in peculio h̄ ſoluere creditoribus. certe ſic. vnde videt̄ ꝙ naturaliter fuit mihi obligat⁹. ⁊ poſt emancipationem ſolutam non repetet. Sed pone filius exiſtens in ptāte mea mihi mutuauit: deinde emancipaui ⁊ ſolui. nunq̇d repetam. certe non. qꝛ hic naturaliter remanſit obligatio: ſicut in ſuperiori caſu. ⁊ hoc ꝓbat per idem. qꝛ ſi creditor filij infra annum patreꝫ cōueniat de peculio. ſi autem dicit pater accipiatis pecuniam ⁊ inter vos diuidatis vt liberetur id quod filio debebat ei offerret. ⁊ ſic quidē poſt emancipationem durauit hic naturalis obligatio ⁊ ita ceſſat repetitio. ¶ Eademꝗꝫ erunt. Filius mutuauit patri in ptāte ſua exiſtens ipſo emancipato. deceſſit pater: ⁊ extraneum inſtituit heredem ⁊ filiuꝫ exheredauit extraneus filio ſoluit. an repetere poſſit querit̄. ⁊ dicitur ꝙ nō qꝛ naturaliter fuit obligat⁹. ⁊ h̄ naturalis obligatio tranſiuit in extraneum. vt .j. ad trebel. ſi ei⁹. in prin.

**T**Utores. Teſtator filio ſuo īpuberi hr̄di tutorē dedit q̄buſdā hereditarijs creditorib⁹ debituꝫ ſoluit. ⁊ apparuit hereditas poſtea nō ſoluendo ⁊ reſtitutus eſt pupill⁹ vt abſtineat cui repetitio eſt qd̄ indebite ſolutū eſt. ⁊ r n̄det̄ alij creditori: ſi hoc dolo tutoris nō eſſet factū .i. in fraudem aliorum ſolutum eſt alij creditori. ſed etiā portionem illi⁹ quo debite ſolutū eſt preſtat.

**F**Ideicō. Credebat heres titio .x. teſtatorem ſub conditione vel in diem reliquiſſe cū titi⁹ petebat ſibi cauere de reſtituēdo legato die vel conditione exiſtente. dedit ei fideiuſſorē poſtea ſoluit poſtea apparuit nihil fuiſſe relictū. dicit ꝙ poterit condicere.

**S**I quis. Teſtator reliquit tibi .x. ſi nō aſcenderes capitolium. heres cum potuit a te cautionē exigere de nō aſcendēdo ignorās ſoluit ſine cautione. dic̄ iuriſcon. ꝙ repetere pōt qui ſoluit cautionem in .l. ponit caſum. vt. ff. ad trebel. l. cū hereditas ex fideicō.

**Q**Ui exceptionē. Premittit regulā que talis eſt ꝙ tut⁹ exceptꝭ. ſoluit. repetit. ſed hoc nō eſt general'r verum: niſi exceptio introducta fuerit in fauoreꝫ illius qui conuenit̄ vt velley. ſe. cō. vn̄ ſi mulier tuta exceptꝭ. ſoluēs repetit. ceteꝝ ſi in odium fuerit introducta vt in macedoniano ſoluens nō repetit.

**P**Ene. In vſurꝭ promiſi tibi vltra legtīm modū ſi petatur. obſtat exceptio. ſolute tamen nō repetunt̄. vel pone conueni te. abſentaſti te condemnat⁹ es in expēſis ⁊ ſoluiſti: an repetere poſſis querit̄. ⁊ d̄r ꝙ non. vel pone vt. ſ̄. e. qui ob rem.

**R**Epetitio. Debebā tibi .x. ea ſoluit titius nomīe meo. vult repetet̄. an poſſit querit̄. ⁊ dicit̄ ꝙ nō. rō ē cū id qd̄ ſolutū fuerit debeatur.

**S**I is qui. Debebas mihi .x. deceſſiſti me herede cōſtituto vendidi titio hereō. ⁊ tradidi illa .x. que mihi d̄bebant̄ ex here. nō retinui. dicit ꝙ plus debito ſoluiſſe videor. vnde illa .x. repeto.

**Q**Ui hereō. Deceſſit aliquis me herede inſtituto. credidit aliquis vt ꝓcurator aliqua legata a me preſtanda. ⁊ de pecunia mea illa ſoluit. queritur quis iſta legata repetet. ⁊ dicitur ꝙ ego heres: nō titius qui ſoluit. ⁊ dicit ꝙ ego repetam. plus etiam dicit ꝙ etiam potero vendicare ſi extant.

**I**Ndebitum. Credebam me tibi pecuniam debere cuꝫ non debebam. illam promiſi tibi nudo pacto: vel ſtipulatione. dedi tibi fideiuſſorem titium. titius illam pecuniam tibi ſoluit. queritur quis repetet. r n̄. ſi noīe meo ſoluerit. ego ei: et tu mihi eris obligatus. ⁊ ego repetam. Ceterum ſi ſuo noīe ſoluerit: repetet. Sed pone ꝙ ille cui ſoluit factus eſt nō ſoluendo ꝓ pte. dicit ꝙ ſi ignorans ſoluit ꝙ hoc quod ab eo non poteſt conſequi. cōſequet̄ a me actiōe mādati.

**D**Ominus. Habebam ſeruuꝫ: cui in teſtō reliqui libertatem: ſi daret .x. cuidā extraneo. dedit: apparuit teſtm̄ eſſe nullum. an tibi heredi cōpetet repetitio queritur. ⁊ r n̄ō.

ꝙ ſi pecunia ꝑuenerit peculiaꝝ.heres qui poſt mortē meam dñs ſerui ꝑmāſit poterit pecuniā vendicare:ſȝ nō cōdicet: qꝛ ſua res ꝑmāſit.Sȝ pōe ꝙ ꝓ ſeruo alius dedit.ille cui datꝰ ē iuſte percepit.eaqȝ eiꝰ facta eſt.verūtamē ex quo teſtamētuȝ poſtea nullū apparet indebitū:⁊ de rigore iuris ille q̇ ſoluit repetet ab herede:⁊ heres ab extraneo cui ſoluta fuit: de eq̇tate nō ab eo cui ſoluit ꝑꝑ circuitum.

Ex his. Vendidi tibi hoīem liberꝝ.ſoluiſti p̄ciū.poſt ea lege iubēte reſoluta ē vēditio.q̄rit̄ an p̄ciū a me repetes.⁊ rñ.ꝙ ſic.⁊ generalr̄ i oībꝰ contractibꝰ qui reprobantur a lege.

Si vrbana. Predo predia mea intrauit:⁊ alij ea locauit ⁊ pēſionē accepit.dicit ꝙ illi qui ſoluerūt nō repetēt. ſȝ ille p̄do erit mihi obligatꝰ.idē ſi naues vel oꝑas ſeruoꝝ locauit predo:⁊ pēſiones recepit.ſȝ ſi ſeruꝰ operis ſuis a ſe locaꝝ recepit mercedē:eāqȝ p̄doni tradidit.nunq̇d ſeruꝰ fecit pecuniā accipiētꝭ.dicit ꝙ nō.Sȝ pōe ꝙ ego dñs p̄dia vel naues locaui cōductores pēſionē p̄doni tradiderūt.ipi q̇ ſoluerunt condicunt.

Sufficiat. Ponit regulā ⁊ exēplū.deīde rōeȝ ⁊ regulaȝ ⁊ eſt talis regula.qꝛ ad hoc ꝙ cōpetat repetitio ſufficit incertum eē:an tꝑalem aut ꝑpetuaȝ exceptionē hēat q̇ ſoluit. Et de hoc ponit exēplum.debebā tibi.x.pure.pactꝰ ſum tecum de nō petēdo donec titiꝰ factꝰ eēt cōſul.incertū ē qualē exceptionē hēam.qꝛ ſi titiꝰ deceſſit ꝑpetuā hēo exceptionē:cū nū ꝙ de cetero ꝯſul fieri poſſit:⁊ nunꝙ petet̄. Itē ſi nō deceſſit ⁊ poſtea cōſul factꝰ fuerit petet̄.vñ vſqȝ ad illud tp̄s nō petetur.⁊ ita ē exceptio tꝑal.vñ in iſto dubio ſi ſolui repetaȝ:rō ē qꝛ idē ē in debito ꝯditionali.in debito vero puro ⁊ poſtea ꝑ pactū vſqȝ ad diē ꝓrogato ⁊ in debito in diē a pricipio erit idē:qꝛ vtroqȝ caſu ſi ſoluat̄ nō repetit̄.⁊ erūt quatuor ꝓpoſitionalia duo ⁊ duo:qͦ dicit.v̄. hic nota.

Quesitū. Teſtator fecit teſtamētū ad plures ſummas ⁊ ex pluribꝰ cāis.ex vna in.x.ex alia in.xx.⁊ alia i.xl.⁊ cōputauit ꝙ.x.⁊.xx.⁊.xl.eēnt.c.⁊ ſolui tibi.c poſtea cōuenimus ꝙ de iſto cōtractu neqȝ tu mihi:nec ego tibi moueā q̄ſtioneȝ an nō obſtāte cōuētiōe poſſuȝ repetē ꝙ plus debito ſolui ꝑ errorē calculi querit̄.⁊ dicit̄ ꝙ nō.

Iulianꝰ. Petebā a te.x negaſti te debere.litē tecū cōteſtatꝰ ſum:ſoluiſti.an repetere poſſis q̄rit̄.⁊ dr̄ ꝙ non qꝛ ſi in v̄itate cōdēnatꝰ.eēs nō repeteres:nec ſi fuiſſes abſolutꝰ ⁊ poſtea ſolueres.qꝛ obſtaret naturał obligatio qua tenebaris.vnō nō magꝭ repetes ꝙ ſi ita ꝓmiſiſſes.ſiue nauis venerat ex aſia ſiue non.Sȝ pone ꝙ debebas mihi.c.⁊ aio nouādi ſtipulatꝰ ſuȝ illa.c.ſub cōditiōe pendēte conditione ſoluiſti.nunq̇d repetes.dicit ꝙ ſic. Idē ē ſi dēbas aliq̇d pure.⁊ ab alio ſtipulatꝰ ſum ſub cōditiōe.qꝛ ſi añ cōditionē ſoluis repetes.diſſimił ē tñ is ſuꝑiori.qꝛ i primo caſu ille q̇ tenebat̄ pure:nūc ſub ꝯditiōe tenet̄.in ſcđo alꝰ fuit obligatꝰ pure:⁊ alius ſub cōditiōe.ſȝ quo ad repetitionē non ſunt diſſimiles.

In ſumma. Plana ē vſqȝ ad.§.ſȝ ⁊ agē.

¶ Sed ⁊ agere. Credebā aliq̇d mihi legatū i teſtō titij ſub cōditiōe ſi.x.darē:vł aliud facerē.vł credebā me hr̄dē eē iſtitutū ſub cōditiōe dedi.poſtea apparet nil fuiſſe mihi legatū in teſtō titij repetā qͦ dedi cā implēde cōditiōis.qꝛ nō eſt ſecuta cā.ſecꝰ ſi frꝰ meꝰ inſtitutꝰ ē ſub hac cōditione.ſi.x.darē: dedi.deinde ſeruuȝ meū manumiſi:qui poſtea adiuit hr̄ditatē.dicit ꝙ nō repetā qͦ dedi:⁊ tñ mihi non acquiritur hereditas.

Fideicōmiſſuȝ. Petebas a me fideicō.qͦ tibi nō ē relictū.ꝓmiſi tibi ꝑ ſtipulationē lȝ indebitū fuerit. ⁊ ſi ſoluero nō repetam.⁊ hoc ſupple vt lex faciat ad titulū.

## ¶ De condictione furtiua. Rubrica.

Condictione. Cōdictio furtiua rem ꝑſequit̄ vnde tranſit ad hr̄des furis

In re furtiua. In.l.iſta dicit q̄ veniāt in cōdictiōe furtiua.qꝛ res ſubtracta cōdici dȝ ſi extat ſi nō: extimatio illiꝰ ꝯdici dȝ.niſi forte fur obtulerit poſt oblationē ſi perierit nulla erit ꝯdictio.

In ꝯdictiōe. Heres furis ꝯdictiōe furtiua tenet̄.vñ ſi res furtiua nō inſolidū ad hr̄dē ꝑuenerit ꝓ ꝑte tenetur cū ꝓ ꝑte ſit heres:ſi inſolidū ꝑuenit inſolidū tenet̄.leges ſe. plane ſunt vſqȝ ad.l.⁊ ideo.

Et ideo. Habebā tecū ſeruū cōem:ſurreptꝰ eſt. interiȝ ꝓuocatio fit in iudicio cōi diuidūdo.diſtinguit̄.qꝛ aut res eſt in iudiciū deducta ꝓuocāte te.⁊ ꝯdictionē amiſiſti.q̄ tenꝰ ꝓ tua parte habebas.⁊ ego ꝯdicā inſolidū tā ex ea parte que in ea remāſit:ꝙ ꝓ illa q̄ fuit mihi adiudicata.ſi aūt tibi ꝓuocāti ad diuiſionē adiudicet̄ condictio remanet mihi mee ꝑtis:tibi tue.l.ſe.plana eſt.

Si ſeruꝰ. Aliq̇s mihi reliq̇t ſeruū ſub cōditione.pēdēte ea ſurreptꝰ ē.an cōpetat ꝯdictio mihi:aut heredi pēdēte ꝯdictione querit̄.⁊ dr̄ ꝙ heredi.vñ ſi egit ⁊ pēdēte lite extiterit ꝯdictio:nō aget heres de cetero ꝯdictiōe furti. qꝛ nihil intereſt heredis.⁊ hͦ ꝓbat ꝑ ſimile.libertas ſuo fuit relicta. libertas ſub ꝯdic.aget:ea exiſtēte nō aget.ſi aūt nō extat cōdictio:⁊ ob hoc adiudicatꝰ fuerit heredi.faciēda ē eſtimatio q̄ti res tūc vēdi poterit.ſi tñ res tūc extimabit̄ q̇ exiſtente cōdictione ſeruus ad aliū peruētūrꝰ ſit. Cetera plana ſunt vſqȝ ad finem tituli.

## ¶ De cōdictione ex.l. Rubrica.

Si obligatio. Pone caſuȝ vbi obligatio introducit̄ noua lege.v̄ bigr̄a.rē donaſti mihi ſimplr̄.hͦ nudo pacto fit dōatio nūq̇d ex tali nudo pacto oriat̄ obligatio.dr̄ ꝙ ſic.ſȝ q̄ act.rñ.ſi lege cautū ſit q̄ act.agat̄ ea aget̄.ſi aūt nō ſit cautū:agetur actꝭ.ex lege.l.ſi quis argētū.§.ſin aūt.C.de donatꝭ.⁊ hͦ bona ē poſitio.

## ¶ De cōdictione triticaria. Rubrica.

Qui certam. Dicit ꝙ certi ꝯdictio ex mutuo dat̄ ad pecuniā mutuatā. hͦ i prima.ſȝ ꝯdictio triticaria dat̄ aliq̄ñ ad aliq̇s res debitas.vel ex pacto vel ex ꝓmiſſione: vel emptiōe hͦ in ſecūda. Et generalit̄ dicā tibi ꝯdictō hec ꝯpetit ei q̄ñ aliqua res certa vel incera:corꝑał vel incorꝑał petitur. hoc in tertia. ¶ Rem. Rem aūt ſuā ꝑ ꝯdictionē triticariā nō petet ſȝ ꝯdictꝭ.furti ſi ſubtracta ſit ꝑ furtum veluti ſi re

Sed ⁊ ei. Deieciſti me de fundo cuius dñs ſuȝ.dic̄ iuriſconſul.ꝙ poſſum cōdicere dñinȝ fundi ſi erā dñs.ſȝ ſi poſſeſſor cōdicā fundū rōne poſſeſſiōis.⁊ hͦ ꝑ ꝯdictꝭ.furꝭ.⁊ hͦ dicit vſqȝ ad.l.in hac actꝭ.

In hac actiōe. Debebas mihi ſeruū:fuiſti in mora:cuius tꝑis fiet eſtimatio diſtinguit̄.aut extat nō factꝰ deterior:⁊ erit ſpectandū tp̄s ſnīe:vt dicit ſeruiꝰ.ſi nō extat ſpectat̄ tp̄s mortis ſm̄ ſeruiū:⁊ male.celſus dicit ꝙ tꝑe litis cō. ſi deterior nō eſt factꝰ:in quo morbꝰ ſonticꝰ venit a tempore ſpectandū ē:qꝛ nō dȝ nouiſſimū ⁊c.in vtroqȝ caſu tñ ē:hͦ ē ſiue res extet ſiue nō.ſi deterior poſt morā factꝰ fuerit.celſus ait ꝙ fiet extimatio q̄ti plurimi fuerit poſt morā ꝓmittētis qꝛ ſi debebas mihi ſuū ⁊ poſt morā factꝰ ſit luſcꝰ vel claudus: ſpectat̄ tp̄s more.l.ſe.plana eſt.

## ¶ De eo qͦ certo loco. Rubrica.

¶ Lex prima huius ti.plana eſt.

Arbitraria. Plana ē vſqȝ ad.§.ſi q̇s epheſi. ¶ Si q̇s epheſi. Promiſiſti mihi.x:epheſi.aut ſtichū capue.ſi cōueniā te preciſe capue.habebit̄ rō vtilitatis tue epheſi.ſ. q̄ti tua interfuit epheſi ſoluiſſe.

Non vtiqȝ. Quedā tacite intelligunt̄ ineſſe ſtipłonibꝰ

vt electio rei ⁊ loci:vbi de re vel de loco expreſſū ſit.ꝟ bigrā
Promiſiſti mihi ſtichū aut pamphi.tacite habebis electio-
nem quē velis ſoluere:quādiu ambo ſunt. Item ineſt locus
tacite ſtipulatiōi:⁊ daꝛ electio actoꝛi:vt ſi detur reo ⁊ cōueni
atur in vno:dicat qͦ ſoluere vult in alio.⁊ poſtea de alio ve-
lit transferre ad aliū.qͦ pōt vſqꝫ ad.l.cen.
¶ Proinde. Dictū ē ꝙ electio loci daꝛ actoꝛi:⁊ electio rez
reo.ſed pone ꝙ altercatio rez ſit mixta altercatōi locoꝝ cuiꝰ
erit optio.dꝛ ꝙ ex quo actoꝛ hꝫ optionē locoꝝ ꝑ cōſequens
⁊ rez. ¶ Itē iulianꝰ tractat. Promiſiſti mihi: aut titio.x.ca
pue.ſi titio ſoluiſti alꝛs ꝙ capue:an ſis liberatꝰ q̄ritur.⁊ dꝛ ꝙ
nō.ſ.in intereſſe:ſed in ſoꝛte ſic:qꝛ poſſum agere aduerſus te
ad intereſſe:qͦ erat ſoꝛte i.xx.qꝛ intererat mea potius mihi
ſolutū fuiſſe capue. ¶ Et ſi mihi. Nō ſolū titio qꝛ ſi nō eſſeſ
liberatꝰ ad totā ſummā poſſes cōueniri:qͦ eſſet iniquū.⁊ h
ꝓbatꝑ exēplū. Si ꝓmiſiſti mihi facere domū deſignato ti-
bi loco:⁊ alibi feceris nō liberaris.ſꝫ ſecꝰ eſt in caſu ꝓpoſito
vnde intereſſe ſolū petēdū eſt.⁊ cōcoꝛdat cū iuliano. Cetera
plana ſunt vſqꝫ ad.l.centum.

C Entū. Caſus.pꝛomiſiſti mihi.c.dare capue: ⁊ fideiuſ-
ſoꝛē dediſti.⁊ te ⁊ fideiuſſoꝛē cōuenire poſſum.⁊ ſi reus
fuerit in moꝛa fideiuſſoꝛ nō teneꝛ:ſed ex ꝓpꝛia moꝛa teneꝛ.nec
obſtat ꝙ fideiuſſoꝛ teneꝛ ad ſoꝛtē ⁊ vſuras.qꝛ due ſunt ob-
ligationes:⁊ ſoꝛtis ⁊ vſuraꝝ.intereſſe ꝟo pecunie que debe
tur rōne pe.que adhuc ſoluta non fuit eſt vnuꝫ.l.ſequēs pla
na eſt.

S I poſt moꝛā. Debebas mihi.x.ſoluere certo loco: fui-
ſti i moꝛa ſoluēdi.poſt moꝛā dediſti fideiuſſoꝛē.an teneaꝛ fi-
deiuſſoꝛ ad intereſſe qͦ debeꝛ mihi ex moꝛa rei queritur.i lit-
tera nō rñ.pt dici ꝙ fideiuſſoꝛ nō tenetur.⁊ hoc innuit lr̄a ſe-
quēs.adeo ⁊c.⁊ ſic rñdeꝛ.dicit tñ ſi pe.ſ.ſoꝛs etiā poſt moꝛaꝫ
ſoluaꝛ ceſſat iudicis officiuꝫ. Si ergo intereſſe nō fuit in obli
gatione igiꝛ nec fideiuſ.fuit obligatꝰ.poſſet tñ ſic obijcere.
pone ꝙ tu debebas mihi.c.pꝛo vſuris ſi fideiuſſoꝛ ſoluat.c.
